HYMNORVM RECOGNITIO PER ANTONIVM NEBRISSEN. CVM AVREA ILLORVM EXPOSITIONE.

ET ORATIONES QVAE IN VNIVERSALI ECCLESIA DECANTANTVR.

Regali cum Priuilegio.

APVD INCLYTAM GRANATAM.

ANNO. M. D. LXVII.





Esta tassado por su Magestad, y por los del su muy alto Cõsejo, los Hymnos en vn Real: y las Oraciones en.xxv.marauedis.

EL PRINCIPE



OR quanto el Emperador, y Rey mi señor por cedulas suyas dio licencia, y mãdo, que vos el doctor Sãcho de Lebrixa Alcalde del crimen, que al presente soys dela Audiencia y Chancilleria, que reside en la Ciudad de Granada, y Sebastiã de Lebrixa vuestro hermano, o quiẽ vuestro poder ouiere, y no otra ꝑsona alguna, pudiessen imprimir y vender en estos Reynos, las obras q̃ el maestro Antonio de Lebrixa vuestro padre hizo, gloso, y emendo por ciertos años: segun mas largo en las dichas Cedulas, a que nos referimos, se contiene. Y agora, por parte de vos el dicho Doctor nos ha sido suplicado, que porque el termino contenido en las dichas cedulas se cũplira presto, y vos estays viejo, y no teneys q̃ dexar a vr̃os hijos: fuessemos seruidos prorrogar la dicha licencia por los dias de vuestra vida, y por los de Antonio de Lebrixa vuestro hijo. Mandando que ninguna otra persona pudiesse imprimir ni vender los dichos Tratados en estos Reynos, ni traerlos a vender de fuera parte dellos porque de algunos dias aca de Francia, y otras partes los traen a vender cõtra lo contenido en las dichas cedulas de su Magestad en que recebis daño, o como la nuestra merced fuesse. Y nos auiendo consideracion a lo que el dicho Antonio de Lebrixa vuestro padre trabajo en hazer las dichas obras. Y vos nos aueys seruido: y continuamẽte seruis. Y

por hazer bien y merced a vos y al dicho vuestro hijo, por la presente prorrogamos y alargamos el termino de la dicha merced y licencia: y siendo necessario, os la damos de nueuo para en toda vr̃a vida, y despues della al dicho Antonio de Lebrixa vuestro hijo tambiẽ por toda su vida: contãdo se desde el dia que se cumpliere el termino de la dicha vltima prorrogacion que se os concedio en adelante. Y mando que durãte los dias de vuestra vida, y despues della, de la del dicho vuestro hijo, vosotros: o quien el dicho vuestro poder ouiere, cada vno en su tiempo, y no otra persona alguna, puedan imprimir & impriman, y vender y vendan en estos reynos y señorios de castilla las dichas obras, que el dicho vuestro padre hizo, gloso, y emendo: ni las traygan a vender de fuera parte, sopena que la persona o personas que sin tener vuestro poder para ello las imprimieren, o vẽdieren o hizieren imprimir, o vẽder en estos reynos, o las traxeren a vender de fuera parte, pierdan la impression que hizieren, y vendieren, y los moldes y aparejos con q̃ hizieren y los libros que de fuera parte traxerẽ a vẽder. E incurran mas cada vno dellos en pena de treynta mil marauedis por cada vez que lo contrario hizieren. La qual dicha pena mandamos que se reparta en esta manera, la tercia parte para la persona que lo acusare, y la otra tercia parte para nr̃a camara y fisco. y la otra tercia parte para el Iuez que lo sentenciare. Y mandamos a los del nuestro Consejo Presidentes & Oydores de las nuestras audiencias, alcaldes, alguaziles de nuestra casa y corte y chãcillerias, y a todos los Corregidores, Assistẽtes, gouerna

dores alcaldes: aguaziles merinos proboſtes: y otras juſticias: y juezes quales quier deſtos nueſtros reynos y ſeñorios: aſsi alos que agora ſon, como a los que ſerã de aqui adelante, aquien eſta nueſtra cedula fuere moſtrada que os la guarden y hagan guardar en todo y portodo, como en ella ſe contiene, y guardando la y cumpliendo, la, no conſientan que las dichas obras ſe impriman ni vẽdan en eſtos reynos, ni las traygan a vẽder de fuera parte dellas, ſaluo por voſotros: o por quien vueſtro poder ouiere, y no otra perſona alguna, ſo las penas ſuſo dichas. Y no hagais ende al. Fecha en Valladolid, a cinco dias del mes de Diziembre: de mil y quinientos y quarenta y quatro años. Va entre renglones donde dize hizo vala.

YO EL PRINCIPE.

Por mandado de ſu Alteza.
Pedro de los Couos

✠AELII ANTONII NEBRISSENSIS ✠ Grammatici recognito Hymnorum ad Salmanticensis Academiæ Senatum sapientissimum Feliciter



I vestris in me beneficijs. P.C. quæ fuerũt mihi ipsa varietate meorum temporum, vel in prosperis rebus meis iucunda, vel grata in aduersis, parac mutua voluntas redderetur, nullum esset opus ab ingenio meo profectum, quod non vestro potissimum nomine in vulgus exiret. Sed me huius rei cũpidum prohibuit Partim meus pudor, qui nihil adhuc videbar elaborasse, quod esset dignum ornatissimo isto ordine, partim quod intelligebam studia mea plerisque vestrum fore ingrata, nonnullis etiam suspecta & inuisa Itaque continui me ipsum, ne qua in re vellem obseruantiam & pietatem meam erga vos declarare, molestus at que odiosus essem. Nunc vero cum esset mihi in animo dare opera quẽadmodum nonnulli codices ex sacris & ecclesiasticis literis de prõpti quãm emendatissimi imprimantur, quos auditoribus meis legendos proponerem, auspicatus q; essem ab hymnorũ volumine, q̃ erat tum mẽdis, tum carminũ, cõfussione de prauatu, visum est hunc laborẽ meũ splendissimo nomini vestro dedicare. Nõ q̃ me existimẽ ex alieno opere sola p̃fatione aliquã bonã gratiã a vobis aucupari, sed vt cẽsuræ atq; iuditio vestro subijcerẽ hãc emẽdationẽ meã, in qua sum ausus nonnulla errata, q̃ p oẽs libros passim reperiũtur, ad lineã veritatis reducere Quod si intellexero sapientiæ vestræ singulari hos labores meos esse nõ iniucũdos neq; a me frusta susceptos, aggrediar deinceps aliud opus, q̃ sit & ingenij mei viribus, & autoritate vr̃a magi dignũ Sed cuiusmodi sint errores, quos in hoc volumine dep̃henderim breui demostrabo. Est in principio op̃is mendũ q̃ omnes libri vno cõsensu arripuere, & quod nemo est si modo purgatã habeat aurẽ qui nõ fateatur esse vitiũ manifestarium. in loco illo Nos morte victa liberet, pro quo ego iurarem ab autore carminis fuisse scriptum. liberat, cum ordo ipse, & contextus orationis hoc desideret.

Na hortatur

Nam hortatur nos vt torpore somni excusso adorationē dominico die surgamus, quo & mundus est conditus, & Christus resurgens nos morte victa liberauit. Nam liberat, hoc loco eo modo positum est pro liberauit, quo in. iiij. Verg. positū est omnis humo fumat. Neptunia Troia ꝙ Seruius exponit pro fumauit.

Necꝙ enim putamus, aut optamus, vt liberet nos morte victa, cum verborum series sit in cōsequēs, sed adducimus causam cur nobis tali die surgendū sit, hoc est quod Christus resurgēs morte victa nos liberauit quod & alio loco ecclesia canit. Qui mortem nostrā moriendo dextruxit, & vitam resurgendo reparauit, Prima nāꝗ hymni pars narratiua est secunda vero deprecatiua, cū subditur iā nūc paterna claritas in eodem præterea hymno, & in alijs emendauimus pro paraclyto penultima breui, paracleto penultima longa, & in eadem accentu acuto.

Im Sequenti hymno iesu labantes respice, pro labentes labantes resposuimus ex ratione carminis: que in secundo versu habet iambum, quare non labentes, cum primam labor laberis producat: sed labantes a labo labas, quod primam breuiat Quod & Mamotrectus adnotauit.

Quod vero sequitur. Si respicis lapsos cadūnt, contrarium dicētꝙ petimus, quare legendum potius, si respicis lapsus cadunt, idest cessant, & tolluntur: sunt autem lapsus, loca lubrica, ad cademdum obnoxia. Vergi. æñ. pedibusque rotarū subijciunt lapsus.

Est præterea in quarto hymno scriptum. Pella langorem, pro quo debere scribi angorem ex ratione carminis facile apparet. Nam quemadmodum in apparatu diximus. Carmē est saphicum: ꝙ constat trochæo, spōdeo, dactylo, duobus trochæis. Ex quo fit, vt quendā sensū indiferenter angorem & lāgorē posset accipere, ratio tamen carminis nullo modo angorem admitat,

Quod si dixerit quispiam rectius saluti (quam tribui petimus) langorem, quam angorem opponit. Possem ego respondere poetam ei ius fuisse trangressurum leges elegantiæ, quam carminis, sed potius illud placet, angorem recto positum esse hoc loco, cum non multum distet a longore, cum sit angor (quemadmodum Cicero diffinit Tusculanarum quæstionum

libro quarto, ægritudo præmens. Langor vero ægritudo cruciaans.

In hymno Somno refectis artubus Lucis labescat munere, lege tu labascat pro labescat. quia, vt in superioribus diximus, labor laberis. a quo est labesco labescis, primam producit. Labo labas, a quo est labasco .is. primam breuiat, quod hoc in loco desideratur, quia iambus est necessarius in secundo loco.

In hymno Splendor paternæ gloriæ. Casus fœcundet asperos lege tu, casus secundet asperos. i. Secundos & prosperos faciat non fœcundos, idest, fertiles & copiosos, quod esset contrarium ei, quod petimus quum præsertim syllaba repugnet: quæ in secundo loco debet constituere iambum.

In Hymno Telluris ingens conditor, propulsis aque molestijs. Ex eadem ratione emendauimus pulsis aquæ molestijs, vt stet versus, habeatque in secunda sede iambum. Nam moles aquæ prohibet terram esse stabilem.

In hymno Nox et tenebræ & nubila rebusque iam color redit, sic legendum est non calor, vt plerique omnes codices habent ex lectione originali ipsius Prudentij & ratione contextus, quia luce adueniente omnia recipiunt suum colorem, qui per noctis tenebras videri non poterat dicente Vigilio. Et rebus nox abstulit atra colorem.

Nox atra rerum contingit terræ colores, sic est legendum, non calores: vt statim diximus: in plerisq; codicibus legi, nō repugnante ratione carminis, sed sensu & mente autoris.

In hymno Vox ecce clara intonat. Ab æthere Christus promicat lege æthra, vt stet ratio carminis, quæ non recipit anapæstum in tertio loco, cum presertim idem prope significat æthra, quod æther.

In Hymno O gloriosa domina legendum fœmina, non domina, tum ex lectione antiqua, tum ex ratione carminis, quod habere debet in tertio loco iambum aut spondeū, non pyrrhichium: Et in eodem. Pro Lactasti sacro vberere, lege: tu lactas sacro vbere ex eadem ratione carminis.

In Hymno Lustris sex, qui iam peractis. Agnus in cruce leuatur

tur, lege agn⁹ in crucis leuatur immolandus stipite. Vt si ordo. agnus leuatur immolandus In stipite crucis, vt stet versus, alias claudicaret, qui debet habere trochęū necessario in tertia sede,

In hymno Sanctorum meritis. Calcarunt omnia. Legendū est cal carunt omnium: quoniam alias non staret versus, qui debet habere dactilum in secundo loco. Ex veteri librorum lectione.

In hymmo rex gloriose martyrum. Qui respuentes terrena castigatu terrea: quia debet esse iambus in quarta sede, neque potest recipere longam in penultima syllaba.

In hymno iste confessor. Hodie lætus, legendū hoc die letus. Vt sit trochæus in primo loco, et nō pyrrhichius si hodie legatur, qui: vt diximus, nō recipit spondeum, vel trochęū in quarto loco

In hymno Iesu corona virginum. Quem mater illa concepit. Legendum est concipit. vt sit præsens pro præterito, et stet versus.

In hymno Virginis proles. Legitur secreta scandere cæli, pro eo quod esse debuit sacrata scandere cæli. Nā cum secreta primam producat, esset spōdeū in quarto loco, cum debeat esse trocheū.

Quid sit hymnus, & vnde Carmen dicatur.

¶ Hymnus interpretatur. canticum, siue laus diuina, ab hymneo, quod græce est proprie Deos laudare: vnde Hymniferi dñr hymnos portantes

¶ Carmen, a canēdo dici, volunt: quod metris scriptum est, quasi Canimen. Carmen dicitur vnum, vel duo, vel plures versus. Tota Aeneis carmen heroicum appellatur. & carmen Bucolicum dicimus.

¶ Carmen potius a carminando, hoc est deducendo lanam, siue linum dicitur. Deducere namque lanā, siue linū, & huiusmodi: est nendo, aut carpendo ex tenuare. Iuuenalis. Qui solet obliquo lanam deducere ferro. Columela per translationem de carmine dixit. Pierides tenui deducite carmina filo. & Ouid Ad mea perpetuum deducite tempora carmen. Vergi. in Buco. deductum ducere carmen, quod Seruius exponit. i. tenue. vt sit translatio a lana: quæ ducitur in tenuitatem: vnde & carmen a carpendo siue carminando dictū est Ouid. pri. de Ponto. Vt tamen ipse vides luctor deducere versum. Macro. lib. vi. Virgilium (inquit) deductum carmē pro tenui & subtili posuit eleganter. Pomp. in Atellana. Vocem deducas oportet, vt mulieris videantur verba. Affranius. Prauculis verbis respondit tristi voce deducta. Carmen cacometrum dicitur a grammaticis male mensuratum, quod in sylabarum quantitate peccat

¶ Carmen quando que dicitur incantatio, vt illud; Carmina de cælo possunt deducere lunam.

¶ Carmen famosum dicitur libellus infamatorius. ff. de testa. l. Is Si. quis (inquit) ob carmen famosum damnatur. Hora. ij. sermo. In quem condiderit, si quis mala carmina, ius est,

PROLOGVS.

Sequitur Prologus Hymnorum.



Ymnus dicitur laus Dei cum cantico. Quatuor fuerunt principales autores qui hymnos composuerunt: scilicet Gregorius, Prudentius. Ambrosius, & sedulius. Sed quidam vir prudens nomine Hylarius videns, illos, quod multos hymnos composuissent, dignum duxit quosdam in vnum colligere: & compendiose componere breuem & vtilem tratatum, in quo omnes hymni vtiliores maxime essent. Prima intentio fuit describere illos, qui cantantur in prima feria, & sic de inceps secundum ordinem. Vtilitas maxima est, vt perlecto libro cognitionem habeamus vnitatis & trinitatis. Supponitur theoricæ: idest, diuinæ contemplationi.

¶ Sed quia mentionem fecimus de feria, videamus quid sit feria. Feria est solemnis dies. Beatus enim Syluester videns Hebreos dicentes prima sabbati, & secunda sabati, & sic de incesp. Similiter videns gentiles nomina suorum deorum, vel stellarum posuisse, vt dies lunæ. dies martis. &c. Noluit imitari mores & sectam eorum, scilicet Hebreorum & gentilium. Sed loco huius inuenit hoc nomen feria. Sed in fine septimanæ seruauit sabbatum, quod fecit ad figuram: quia sabbatum interpretatur requies. Et per totam hebdomadam, idest per totum spatium vitæ nostræ, quod currit spacio septem dierum, debemus laborare, & niti summo conamine, vt perueniamus ad requiem & ad æternam beatitudinem. Vnusquisque hymnus habet suam materiam. In illis qui sunt de nocte, accipit materiam ipsum tempus, idest, significationē ipsius temporis: scilicet, vt expellat a nobis tenebras ignorantiæ & vitiorum: & informet nos virtutibus & sancti spiritus charitate in illis vero qui sunt de die, accipit materiā ipsum lumen, & vult deprecari Deum, vt quemadmodum illuminat nos sua claritate, & splendore solis in corpore, sic illuminet nos sancti spiritus gratia in mente. Amen.

Antonius

¶ Antonius Nebriss. in vnum quod hymnorum genus.

¶ Carmen est dimetrū iambicū Archilochiū monocolon orthometrō. Quod canitur. ad horas nocturnas certis quibusdā diebus dominicis Horatur Christi fideles, vt excusso nocturni temporis somno surgant petituri admissi peccati veniam, & futuri præseruationem, & immortalitatis vitæ beatitudinem.

Primo dierum omnium,
quo mūdus extat cōditus
Vel quo resurgens conditor
Nos morte victa liberat.

Pulsis procul torporibus
Surgamus omnes ocyus,
Et nocte quæramus pium,
Sicut prophetam nouimus

Materia huius hymni est commendatio dominici diei: & commendat eum per partes, hec sunt partes, quod mundus fuit cōditus eodem die quo Christus resurrexit: et per hanc comendationem beatus Gregorius vult ob dominice diei apicem, monere nos ad honorem ipsius de lecto mane surgere, & deum quærere. Dominicus dies merito & cum discretione omnium dierum primus dicitur: quia dicitur primus respectu omnium creaturarum. Tertius dicitur respectu resurrectionis domini, quia tertia die resurrexit. Octauus dicitur, spectu octauo diei: quia in die octaua omnes resurgere debemus ad æternam vitam. Et ideo quæramus in dominico die, quo Christus resurrexit, ipsum Christū: vt a morte viciorum ad vitam & gaudium sempiternū resurgamus in die iudicij, quo bona bonis: mala malis reddentur. Descensus fiat ad literam. Ergo dico dominicum diem maiorem esse alijs omnibus: quia mundus fuit cōditus: & Christus resurrexit eodem die, ergo habet primatum super alios, ergo maior est alijs diebus. Locus est a partibus sufficienter enumeratis, vel a posicione antecedentis. ¶ O fratres omnes (surgamus in primo dierum omnium) id est, dominica diei (ocyus) idest, citius quam alijs diebus (quo) scilicet dominico die (mundus extat conditus) idest, factus (vel) pro & (quo die conditor) idest creator omnium creaturarum: iam (morte victa) idest destructa. quia Christus moriendo mortem nostram s. æternam destruxit, & vitā resurgendo reparauit: & (sic resurgens nos liberat) id est liberauit ab inferno, vel a potestate diaboli. Surgamus dico (a nostris corporibus) id est, peccatis & vitijs: & nos solum modo surgamus, sed quæramus per obseruationem mandatorum (pium) idest, in hac nocte, sicut nouimus prophetā (scilicet Dauid deum quæsisse, sicut ipse ait, Media nocte surgebam ad confitendum tibi &c. Iterum. Labo per singulas noctes. &c. Vnde in humilia beati Gregorij legitur de quodam, qui posquam liquatulum soporis uacberi suo dedisset, extra meliā noctem surgebat: & vigilans perorabat, qui tandiu hoc fecit donec facta est vox de cælo a domino dicens. Peccatum tuum dimissum est tibi. ANTONIVS Nebrissensis liberat non liberat, vt in omnibus libris scriptum reperies ratione huius ordinis & rationis contextus, quod tēpus preteritum desiderat. Nam liberat pro liberauit positum est, vt ipse superius in sua præfatione dixerat,

Surgamus in quã & q̃ramus pium (vt audiat nr̃as p̄ces).i.orationes pro vitandis vitijs,& q̃rẽdis virtutibus (porrigat suã dextram).i. auxilium (vt nos expiatos) id est absolutos & purgatos (sordibus (idest a vitijs, vel a sordibus vitiorum (reddat) id est, a sedibus (polorum).i.celorum & angelorum.s.ponat nos in cælo.

Nostras preces vt audiat
Suamq́ dextram porrigat
V t expiatos sordibus
Reddat polorũ sedibus

¶ Reddat, inquã, nos polorum sedibus vt muneret (supple nos) beatis donis) idest, donis cælestibus) quique) id est, quicunque (psallimus). i. canimus (ei).s.dño (horis quietis) idest, horis noctis (in sacratissimo tempore) quo Christus resurrexit: tempore dico (huius diei) scilicet dominicæ, vel muneret in sacratissimo tempore huius dieĩ (id est in die indicij, qui dicitur sacratus quia ibi bona bonis, mala malis reddentur. Sed quia superiora per nos habere nequiuimus, vertit se nunc ad filium, & monet nos: q́ præcemur. ipsum quatenus omnis libido, omnis macula, & alia mala facta a nobis remoueantur.

V t quique sacratissimo
Huius diei tempore
Horis quietis, psallimus
Donis beatis muneret

¶ Iam postulamus te nunc o paterna claritas affatim) id est abundanter (vt libido id est luxuria & mala concupiscẽtia. libido dico (sordidans) corpora nostra (& omnis actus noxius) idest, nociuus, idest omne malum opus (absit) idest, longe sit remotum, ne animatnm corpus sordescat. Affatim aliquando cum vnico. f. scribitur. & est compositũ ex a & fabile, quasi abunde. & non. dicibilier signi ficet, & correpta ante penultima. si vero scribatur cum dupli ci. ff. significat facunde, & ante penultima producit.

Iam nunc paterna claritas
Te postulamus affatim:
Absit libido sordidans.
Omnisq́ actus noxius.

¶ Et ideo te postulamus (ne fœda sit) idest, sordibus plena (vel lubrica.i. labilis ad luxuriam (compago nostri corporis) idest, coniunctio nostri corporis & animæ: quæ tunc dicitur fœda. quamdo caro præ est virtuti: & ratio est pulchra, quando prædo minatur corpori: vel depræcamur vt caro subeat menti per quam.s.cõpaginem (crememur anima & corpore (.i. cruciemur (acrius) idest, valde acriter (ignibus) idest, doloribus (auerni) idest inferni. Auernus dicitur ab a quod est sine, & ver veris. quod est delectatio, quasi sine vere. i. sine delectatione. Auernus est locus in inferno vbi est semper ignis, in quo impij cremabuntur, qui in hac vita per immundiciam exarserunt.

Ne fœda sit, vel lubrica,
Compago nostri corporis
Per quam auerni ignibus
Ipsi crememur acrius

Additio. Auernus, lacus est campaniæ prope Baias Plutoni dicatus: vbi introitus ad inferos patere credebatur, & dicitur quasi sine auibus hoc est auibus inacessus ob grauitatẽ odoris. Lucretius lib. vj.

Principio quod auerna vocant: non nomen id ab re,
Impositum est: quia sunt auibus contraria cunctis.

Et qui,

Ob hoc redemptor quæsumus
Vt probra nostra diluas,
Vitæ perennis commoda
Nobis benigne conferas.

¶ Et quia timemus, ne ignibus cremenmur (o Redemptor quæsumus). i. rogamus, & cum desiderio querimus (ob hoc) idest, propter hoc (vt diluas nr̄a probra idest, peccata, & que probrant. i. vituperant, & maculant animam, & corpus (& conferas). i. concedas nobis (commoda). i. vtilia pp̄etua. perennis vitæ). i. æternæ gloriæ.

Quo carnis actu exules
Effecti ipsi cælibes,
Vt præstolamur cernui
Melos canamus gloriæ.

¶ Quo) pro vt (exules) nos peregrini a cælesti patria (actu) idest, operatione carnis, quemadmodum qui est alienus patria, dr̄ exul & peregrinus. i. longe remotus a patria: sic & nos per opera vitiosa & peccata efficimur exules cælesti patria (nos ipsi effecti) idest, facti (cælibes) idest, vitã virtuosam & cælestem ducentes (vt præstolamur) idest, expectamus & speramus (nos inquã cernui) idest inclinati, & oculos sursum tenētes ad dn̄m (canamus) idest, proferamus (melos). i. cãtum ore & corde (gloriæ) idest, ad honorem tuæ laudis. Bene enim cantant: qui a bonis operibus non cessant.

Præsta pater pijssime,
Patriq; compar vnice
Cum Spiritu paracleto
Regnãs per oẽ sæculũ. amẽ.

¶ O pijssime qui, piasti. i. mũdasti nos a vitijs (pater) idest, o creator & autor omnium rerum, & (o vnice) idest, Christe fili Dei viui: vnice dico (compar). i. æqualis secundum diuinitatem (patri) idest, omnipotenti, in pugillo cælum & terram continenti (tu dico) regnans cum spiritu paracleto) idest, consolatore (per omne sæculum) idest, ante omnia sæcula (præsta). i. dona nobis ea, que supra orauimus (amen) idest, sine deffectu idest, sine initio, & sine fine. ANTONIVS. Amen. Septuaginta interpretes verterũt in geneto, hoc est fiat. Aquila vero in epistomenos, idest, fideliter; verbum ex hoc deductum.

¶ Carmen est, quale illud primo dierum. Canitur ad laudes matutinas certis quibusdã diebus dn̄icis. Et quia luce aduentãte gallus canit, alludens ad illud: quod Iesus post tertium galli cantum Petrum respexit: condonationem peccatorum precatur

AEterne rerum conditor
Noctẽ diemq; qui regis:
Et temporum das tempora
Vt alleues fastidium.

¶ Materia huius hymni est commendatio & laudatio altissimi dei omniũ conditoris, qui æternus est. i. sine initio & fine. Et distingue: qui distat inter æternũ, perpetuũ, sempiternũ tẽporale. Aeternũ est, q̄ caret principio & fine vt deus. Perpetuũ habet principiũ cum tempore, & nõ habebit finẽ: vt anima. Sempiternum est, quod nec habuit principium sub tempore nec habebit finem sicut æternũ. Tẽporale est, q̄ incipit cũ tp̄e & habet finẽ, vt corpus nostrum. Construe (Aeterne rerũ cõditor). i. factor. Conditor nomen est verbale a cond

lea condo ꝙ cõponitur a do ꝙ proprie significat abscondo, quasi in vnum interiorem locum do. Verg. Scãdunt rursus equũ: & nota conduntur in aluo. Ponitur tñ aliqñ pro cõstruo, quasi simul do. Salustius. Vrbẽ Romam sicuti ego accepi condidere, atque initio habuere. Troiani. Significat etiam repono. Plin. Formicæ condunt æstate fructus, quibus hyeme fruantur. Ponitur etiam pro cõpono. Idem Pli. Opus cõdidit ppetuo oĩbus legendum. Aliqñ etiam ꝓ recõdo ac sepelio: vñ sepulchrũ, cõditoriũ appellatur. Pli Post. conditũ monumẽto corpus. Idẽ, Tã rara in amicis fides, tam parata obliuio mortuorum, vt ipsi nos debeamus conditoria construere, omniaꝗ hæredum officia præsumere. A condo dicitur conditio, sed scribitur sine. c. quæ est quædam dispositio, & veluti sors fortunarũ, temporũ, & etiã rerum. Cicero. O miserã cõditionẽ administrandi consulatus. Aurelius. Ea tẽporum conditio erat, vt ne conqueri quidem de iniurijs fas esset (qui regis) idest, disponis & gubernas (noctẽ. i. peccatorem vel diabolum (& qui regis diem) idest, iustũ (& das tempora) idest, diuersitates (temporum). i. spaciorum huius vitæ (vt alleues fastidium). i. remoueas laborem nostrum. Fastidium a verbo fastidio dis, diriuatur, quod significat cũ fastu quodam cõtemno: fastus enim significat superbiã, siue ælationẽ cũ quadã iactantia verborũ, & est quartæ declinationis. Fastus aũt secũdæ declinationis, est liber fastorũ. Aeterni dei sapientia, vt hominis subleuaret fastidia, tempora mira delectatione variauit. Nã si semper nox esset, homo deficeret, & periret torpore & inertia ꝓpter tenebras: et si semper dies esset, miser homo nimis laboris studio affectus etiam periret. Et ideo dñs misertus nostri: diei, & noctis spacium posuit & æternum, & temporibus tempora dedit subeuntia. Et nota quod quemadmodum anni sunt quatuor partes, vel quatuor tempora: eodem modo homo constat ex quatuor elementis.

Præco diei iam sonat
Noctis profundæ peruigil.
Nocturna lux viantibus
A nocte noctem segregans.

¶ Preco diei). i. Ioãnes (vel preco diei) idest, Christi (iam sonat) idest, nuntiat) (diem) idest, Christũ, preco dico (peruigil noctis profundæ) idest, inferni ꝓfundi (nocturna lux). s. Ioannes, qui ante lucẽ surrexit, vt luceret hominibus qui erant in tenebras huius mũdi (viantibus). i. volentibus ire ad Christum (& segregans noctem a nocte) idest peccatum a peccatore: quia quos vult assumit, quos vult in suo sinit errore. Vel aliter construe. (Preco) idest dominus noster: qui est præmium suis (diei) idest patris (iam sonat) idest manifestat euangelicam prædicationem per prædicatores suos: ipse dico (præuigil) idest cognoscẽs (noctis profundæ) idest culpam & (nocturna lux) supple lucet viãtibus idest, præsenti ecclesia, quæ lucet in huius mũdi tenebris: & (segregans noctem) idest, discernens vnam quamꝗ animam peccatricem agentem pœnitenciam de commissis (a nocte) idest, ab illa peccatrice anima: quæ ex toto corde deum reliquit, ita ꝙ non vul venire ad pœnitentiam.

Hoc excitatus lucifer.
Soluit polum caligine.
Hoc omnis errorum chorus.
Viam nocendi deserit.

¶ Hoc excitatus lucifer) idest, quo domino predicãte, vel Ioanne (lucifer). i. verus predicator lucẽ diuinæ gratiæ ferens alijs, excitatus incꝗ (soluit polũ caligine, idest, animam fidelem ab omni nigredine vitiorũ: & hoc omnis errorum.

errorum).i.exercitus mal igni diaboli(deserit).i.reliquit. Desero enim est idē quod relinquo, quasi non amplius hæreo. Terent. Si deseris nos tu, perimus. Hinc desertum locum appellamus inhabitatum, quasi ab hominibus derelictum (viam nocendi).s. Iesu excitante. & peccator currit ad portum, id est, ad Christum, vt ibi requiescat. & vires bonæ operationis ibi resumat. & pcone canente omnis deceptio diaboli, vel exercitus eius diluatur. Vel chorus. i. conuenticulus errorum. i. hæreticorum deserit viam suam. s. maledictam (nocendi).i. faciendi aliis nocumentum vel impedimentum. Etiam Corus sine. h. est ventus flans aduersus aquilonem, qui a græcis vocatur argestos.

Hoc nauta vires colligit,
Pontiq; mitescunt freta,
Hoc ipsa petra ecclesiæ
Canente culpam diluit.

¶Sicut nauta præ nimio dolore noctis fatigatus tendit ad portum, vt ibi recolligat vires aliquãtulum requiescēs, sic anima fatigata in nimio labore vitiorum & peccatorum tendit ad portum.i. ad Christum per confessionem, vt ibi requiescat, & vires bonæ operationis recolligat. Construe (Nauta).i. nauis ductor (colligit vires) id est, virtutes (hoc).s. Deo (q;) pro &, ipso Christo (freta).i. ebullitiones vitiorum (ponti) i. huius mundi (mitescunt).i. mansuescunt. & hoc. scilicet per Christum ipsum (petra ecclesiæ).i. Petrus qui est fundamentum ecclesiæ (diluit canendo) id est flendo & pœnitendo (culpam).s. trinæ negationis, quia ter negauit dominum.

Surgamus ergo strenue
Gallus iacentes excitat,
Et somnolentos increpat,
Gallus negantes arguit.

¶Et quia gallus).i. Christus, vel prædicator nos excitat ad bene agendum (surgamus).s. a peccatis (strenue) id est, festinanter (gallus excitat).i. commouet ad pœnitentiam (iacentes) id est, in peccato lapsos, vel existentes & (gallus increpat) id est, redarguit (somnolentos) id est, in peccatis permanentes, quia sicut ille qui dormit, vagus & ineptus est ad omne opus, sic anima in peccatis manens inanis efficitur deo. & (gallus arguit) id est, reprehendit (negantes).i. nolentes surgere de peccatis.

Gallo canente spes redit.
Aegris salus refunditur,
Mucro latronis conditur.
Lapsis fides reuertitur.

¶Gallo canente).i. prædicatore prædicante (spes redit).i. fiducia recuperandi salutem reditur (& salus).i. vita æterna (refunditur).i. largitur per pœnitētiam (ægris).i. peccatoribus (mucro latronis conditur) id est, insidiæ diaboli, quæ vt mucro cædunt homines, & cruciant animam æternaliter, & sic gallo canente (fides lapsis reuertitur) quod factum est in Petro.

Iesu labantes respice,
Et nos videndo corrige,
Si respicis, lapsus cadunt,
Fletuq; culpa soluitur.

¶ Et quoniam gallo canente spes redit. O Iesu saluator mundi (respice) s. i. licet misericordia tua (labētes in pctis. ANTONIVS Nebrissensis. Labantes quoque emendauit ex ratione carminis, quod prima breuis est, vt in operis initio adnotatur. & (nos videndo) id est, miserendo (corrige) id est, castiga nos (si respicis) id est, miseris.

(lapsus

lapsos)id est, labentes, quia a peccatis resurgent(peccata cadunt) id est, delentur que)pro & (culpa id est, peccatum(soluitur)id est purgatur(fletu) id est, lachrymarum gemitu.

Additio. Fletuq; culpa soluitur, melius diceret: fletu que culpa vertitur, i. commutatur inueniam.

¶ Et peccata cadunt (si respicis). i. remittuntur. ideo (O tu lux). i. o tu Christe qui es lux mundi, Ioannis primo illuminans mentes nostras (refulge sensib⁹). i. illumina nostras mētes(& discute). i. remoue(somnū mentis). i. peccatum & torporem nostrum, & hoc ad honorem tuum, scilicet(vt nostra vox sonet). i. laudet(te) id est, nomen tuum. o Christe(primum). i. maxime (& psallamus). i applaudamus (ore)scilicet voce & corde(tibi)id est, ad honorem tui.

Tu lux refulge sensibus,
Mentisque somnum discute:
Te nostra vox primum sonet,
Et ore psallamus tibi.

¶ Carmen est sapphicum endecasyllabum orthometrum monocholon tetrastophon. Canitur ad horas nocturnas certis quibusdam diebus dominicis. Hortatur Christianos ad laudes dignas, vt consequamur vitam æternam.

¶ In hoc hymno nos hortando admonet Gregorius, vt quamdiu in hoc mundo laboramus, ne nocte. i. peccato subditi simus, sed cum omni studio pro executione bonorū operum vigilemus. quia si vigilia nostra soli deo intendēdo fuerit prouida ad aures dei, proculdubio perueniet. Materia huius hymni est laudatio nominis dei, & ipsi totis viribus decantare laudes & hymnos intentio: vt surgamus de vitijs, & adhæreamus virtutibus, Distingamus ergo sic. (O fratres nos omnes surgentes nocte id est, de peccato vigilemus id est, perseueremus in dei laude(semper)id est sine fine(in psalmis) id est in bonis operibus (meditemur) id est perseueremus vigilando (& canamus) id est, persoluamus (domino). i. saluatori nostro(dulciter). i. suauiter hymnos). i. laudes, scilicet totis viribus). i. animo & corpore. Vigilare enim debemus sine fine, quia nescimus quando veniet dominus, an mane, an sero, an media nocte. Nocte dixit, quia de nocte venit dominus. s. in nubibus. i. in velamine carnis, quia fuit quasi nox, quando incarnatus fuit de beata virgine, quia deitas latebat in carne. & ideo nocte. i. in hac præsenti vita vigilare debemus, & non tota nocte dormire, quia in nocte venit dominus. Vnde dicitur Vigilate, quia nescitis diem neq; horam. & ideo vigilemus in prosperis & in aduersis, non desidentes aut bona opera interrumpentes, & omittentes lassemur, sed iugiter & indeffesse deo seruiamus. Vnde non qui inceperit, sed qui perseuerauerit vsque in finem saluus erit. Inchoata enim virtus non proficit, nisi ad finem perducatur.

Nocte surgentes vigilemus omnes.
Semper in psalmis meditemur, atque
Virib⁹ totis domino canamus
Dulciter hymnos.

Vt pio regi pariter canentes,
Cũ suis sctis mereamur aulã,
In gredi cæli, simul & beatã,
Ducere vitam.

Præstet hoc nobis deitas bea(ta
Patris ac nati paritérq; sãcti
Spũs cuius reboat in omni
Gloria mundo.

¶ Canamus hymnos, vt nos conẽtes, id est, laudes per soluentes, pio regi. i. Christo pariter. i. corpore & anima mereamur in gredi aulam cœli, id est, regnum æternæ beatitudinis, & ducere i. habere simul vitam ęternam, vel beatam, id est puram vel sanctam.

¶ Dixit, φ debemus canere pio regi, vt mereamur cœli in gredi ianuam. (deitas beata) id est, deus vnus, scilicet, pater & filius & spiritus sanctus (præstet). i. donet nobis omnibus (hoc). i. ea quæ supra orauimus (gloria cuius). i. laus cuius deitatis reboat). i. resonat. Virgilius. Reboant syluæq;, & magnus olympus (in omni mundo) i. vbicunque vnde dicitur Quicquid mundo fit per ipsius fabricationem fit, scilicet domini, per quem deum & in quo sunt omnia. Omnia namque illi soli famulantur. Cœlum & terram ego impebo, dicit Dominus.

¶ Carmen est quale illud nocte surgentes. Canitur ad laudes matutinas certis quibusdam diebus dominicis. Christianos excitat sub lucem, vt dei misericordiam implorent,

ECce ian noctis tenuatur vmbra.
Lucis aurora rutilans coru(scat.
Virib⁹ totis rogitemus oẽs.
Cuncti potentem.

¶ Materia huius hymni est miseratio christi, & continuatur hymno superius dicto sic, qui surreximus nocte, id est de peccato cauendo. Nox deponitur, & ecce dies appropinquat, quia sicut illi, qui gallo canente in nocturnis horis iter disponit agere: id est inchoat. sic ille, qui in nocte huius mundi ad cœlestia ire desiderat, gallo canente, id est prædicatore prędicante surgit & iter incipit per bonam operationem. Construe (Ecce vmbra id) est, ignorantia vel obscuritas (noctis) id est, diaboli (ian tenuatur id est, annihilatur (aurora lucis) id est, Christus patris cognitio. Aurora, ab aura dicitur, quia tunc aer incipit splendescere Aurora enim splendorem significat. Virgi. Discolor. vnde auri per ramos aura refulsit Horatius tua retardet aura maritos. Hinc aurum deducitur propter splendorem eiusdẽ metalli. Aliquando etiam aura pro vento ponitur. Virg At illi dulcis compositis spirabat crinibus aura. Ponitur etiam, pro afflatu & fauore. Idem. Nunc quoque iam nimium gaudens popularibus auris (rutilans) id est, splendorem emittens (coruscat) id est, splendet. Vnde Virgil. Pennisque coruscant. i. splendet. Et nota que sicut aurora depellit noctem, sic Christus deuicit diabolum, quia Christus est princeps nostræ humanitatis (aurora) est, Christus, quasi aureum colorem habens, quia coruscat, ideo (rogitemus omnes) id est, de precemur. Rogitare verbũ est frequẽtatium a rogo rogas, & significat frequenter & cum attentione rogare (viribus totis) id est cum omnibus viribus animæ & corporis (cuncti potentem) quia omnia in sua potestate sunt.

Vt de⁹ noster misercatus omnē
Pellat angorē, tribuat salutē,
Donet & nobis pietates patris
Regna polorum.
Præstet hoc nobis. &c.

¶ Vt deus noster misereatus (nostri) scilicet, quia miserendo nos redemit pellat) id est, remoueat (omnem langorem) id est, remoueat peccatū. Lāgor ꝓprei est, idem quod torpor & intertia. Vnde Cice. Nihil autem magis cauendum est, quam ne langori se desiderięq salutem) id est vitam corporis & animæ, quia per dei gratiam non proprijs meritis vita datur. (d onet ergo nobis pietate patris) id est ipsius misericordia salutem) id est incolumitatem, aliquando tamen ponitur pro remedio. Virg. vna salus victis nullam sperare salutem. Inde veniunt salutifer, salutaris, & saluber, vel magis vsitate salubris, quod præbet sanitatem, vnde aerem cibum, potum, locum, multa que huiusmodi dicimus salutifera, salutaria, & salubria (regna polorum (id est, aulam cœlorum.

ANTONIVS. Pellat angorem sic legendum est non langorem ex ratione carminis, quod facile apparet est enim angor autore Cicerone in. iiij. libro Thuscu, quæstionum ægritudo premens. Langor vero ægritudo crucians, (Pellat imquam angorem) id est, corporis & animæ cruciatum siue angustiā

¶ Præstet hoc nobis. &c. vt in fine hymni tertij.

¶ Carmen est, quale illud primo dierum. Canitur hora diei prima orte iam sole. Monet nos potere a Deo gratiam, vt per totū diē abstineamus nos a peccatis, vt possimus illum rectius laudare.

IAm lucis orto sidere
Deum precemur supplices
Vt in diurnis actibus.
Nos seruet a nocentibus.]

¶ Materia huius hymni est de precatio ad dominum (vt orto sydere) id est, Christo dignetur nos segregare a vitijs, & nos induendo virtutibus, repellat superbiam, & nos faciat humiles, & quando vmbra noctis, id est, peccatum recessit a nobis, ideo lux vera, id est, Christus iam habitet in cordibus nostris. Cōstrue sic (sydere iam lucis orto) id est, Christo nato, qui refulsit in mundo sicut sol iusticiæ, qui redimendo eripuit nos de tenebris & vmbra mortis, id est, a peccato (nos suplices) id est, humiles (precemur deum) id est, valde oremus apud deum (vt in diurnis actibus) id est, assidius boni soperibus seruet nos a nocentibus. id est, custodiat & protegat nos a peccatis & omnibus aduersis.

Linguam refrænans tēperet,
Ne litis horror insonet.
Visum fouendo contegat
Ne vanitates hauriat.

¶ Dico vt nos seruet a nocentibus gratia Christi (refrænans) id est: compescens linguam, temperet (ne horror litis) id est, contentio vel seductio diaboli, in sonet, id est, in nostra corda sonet, visum fouendo contegat, id est, nutriendo & regulando concupiscentias nostras, & visum sic protegat & dirigat, ne vanitates hauriat, id est ne videamus ea quæ videnda non sunt, Et non solum visus oculorum si

mundatn s

mundatus, sed etiam corda: vt gaudium vanitatis non hauriamus, & inde lectationibus & concupicentijs non gaudeamus. Vnde dominus ait. Non mihi possunt, viuere, qui non sunt mortui mundo. Aestimamus enim temere si deo & mundo volumus per frui. Et alibi. Non est conuentio Christi ad belial, Diabolus enim & Deus non bene conueniunt, nec in vna sede morātur Et deus in euangelio Nemo potest duobus dominis seruire deo scilicet & mammonei, idest, pecuniæ male aquistę, & diuitijs. Et nota inter amorem dei & huius mundi est hæc differentia, quod amor huius mundi in principio dulcis esse videtur, sed finem habet amarum. Vnde ecclesiastes. Nouissima autem eius amara sicut absinthium. Amor dei ab amartudine incipit, sed vltima eius dulcedine plena sunt. hæc est salutaris mansio, scilicet Deus hæc sunt tabernacula iustorum: in quibus vox letitiæ & exultationis sonat semper, vbi beati habitabunt, cuius decorem propheta concupiuit, cuius habitationem optauit, cuius desiderio flagrauit

Sint pura cordis in tima,
Absistat & vecordia
Carnis terat superbiam
Potus cibiq; parcitas

¶ Intima cordis sint pura, idest, munda a mala cogitatione (& vecordia) idest, stultitia, quæ facit hominem ve cordem esse (absistat) idest: absit a nobis procul (quæ) pro & (parcitas) idest, abstinentia cibi & potus (terat) idest, minuat (superbiam carnis) idest peccatum & stimulos eius: quia nisi habeamus partitatem cibi & potus, omnia in contrarium supra dicta nobis euenient, nec poterimus refrenare linguam nostram, nec nostra intima erunt pura sed sordida, & horror litis eius associabitur, & sic per hæc: & cætera mala condemnabimur.

Vt cun dies abscesserit,
Noctem que sors reduxerit
Mnndi per abstinentiam,
Ipsi canamus gloriam.

mala opera (quę pao & sors) idest diuina dispensatio vel sors, idest, diabolus vel sol persui absentiam reduxit noctem) idest, peccatum, quia nil aliud est dies quā illuminatio solis per aerem, vel aer sole percussus: (noctem inquā idest, peccatum, nos per abstinenciam vitiorum mundi (idest, præsentis seculi purificati (canamus gloriam scilicet, sempiternam ipsi (idest, deo: & quia nox recessit & dies venit, referamus gloriam deo, & hoc iure.

Deo patri sit gloria,
Eiusque soli filio
Cum spiritu paracleto,
Et nunc & in perpetū amē

¶ Referamus gloriam deo, & hoc iure dico: quia tot & tanta contulit nobis, quia peccatum præcessit, & morte liberauit nos, & ad vltimum nos in filios collocauit, & suscepit (Gloria) i. laus sit deo patri (quæ) pro & (eius soli filio (idest, vnico Iesu Christo, & hoc (cum spiritu paracleto (idest, consolatore Spiritus sanctus dicitur consolator, idest aduocatus primus: ideo quia discipulorum cordibus. quæ fueruut mœsta morte Christi, reddidit consolationem: & nunc) idest, in præsenti & in perpetuum idest, sine fine. Amen.

¶Carmen est quale superius. Canitur hora diei tertia. Quia vt Actuum capitulo secundo scribitur. Spiritus sanctus sub specie ignis diffusus est in Christi discipulos. Itaque & nos penitus, vt inflamati charitate Deum & proximos amemus

Nunc sancte nobis spiritus
Vnum patri cum filio.
Dignare promtus ingeri
Nostro refusus pectori.

¶Materia huius hymni est de precatio sancti spiritus: vt dignetur in pectora nostra descēdere, quam scilicet de preccationem facimus in hora tertia. In hora tercia peccauit. Adam in paradiso, propter quod peccatum inde eiectus est: ideo spiritu sancto facimus hanc orationem: vt sicut ab Adam per suggestionem separatus est: ita per eius correctionem nostro pectori ingeri dignetur. Et sicut inflammauit. Apostolos hora tercia, sic dignetur ingerit in cordibus nostris, vel infundi. vt mereamur deum vere laudare: & hoc est (O sancte spiritus) tu dico (promptus) id est, paratus ad perquirendum & consolandum (qui est vnum, id est vnius sustantiæ (patri cum filio) dignare (ingeri) in fundi nobis nunc. idest, ad huc. sed iam dico tu (spiritus refusus nostro pectori (id est infundas nobis spiritum sanctum, vel simus repleti te spiritu sancto vt consequamur remissionem peccatorum, vel (vnum patri cum filio) in essentia. vel in potestate. ANTONIVS Nebriss. vnun patri cum filio: non vnus, nam genus neutrum indiuinis dicit substantiam vnus vero vel vna in genere masculino, aut fœmenino dicit personam: vt filius est vnum cum patre: non tamen vnus. Et filius est alius a pater non tamen aliud.

Os, lingua, mens, sensus, vigor
Confessione personent.
Flāmescat igne charitas,
Accendat ardor prpximos

Præsta pater piissime. &c.

¶Os & lingua pertinent ad corpus: mens vero ad animam: & sensus ab vtrumque procedit. & similiter eodē modo pertinet spiritus sanctus ad vtrumque, sciliced ad patrem & filium qui ab vtroque procedit. Et tamen non tres dii: se vnus est Deus. Et nota, quod in sole tria sunt, scilicet sphera. claritas: & calor. sphæra solis naturaliter splendens est & calens. Summus pater naturaliter sapiens est amans Sphera solis & splendor & calor non sum tres soles, sed vnus sol. Summus pater & sapientia & amor eius non sunt tres dii, sed vnus est Deus. In sphæra solis igneat patrem inteligere debemus in splendore filium. in calore spiritum sanctum (Os lingua (id est corpus (& mens) idest anima (sensus) idest vter que scilicet corpus & anima (vigor) id est virtus (personet) id est, credāt vel confiteactur (confessione) id est, trinitatem, scilicet patrem & filium & spiritum sanctum esse vnum deum (charitas) idest, amor dei & proximi (flāmescat) idest ardeat id nobis (igne) supple sancti spiritus (ardor) suæ charitatis (accendat idest, illum nec spirituali amore (proximos) idest, amorem dei desiderantes

¶Presta pater quod relinquum est, in fine hymni primo dierum ex posuimus.

¶ Carmen est, quale superius, Canitur hora diei sexta, quo tempore est maximus diei calor. Itaque temporis occasione petit temperari in nobis choleram, quæ est iræ sedes.

Rector potens, verax deus
Qui temperas rerũ vices
Splendore mane instruis,
Et ignibus meridiem,

¶ Materia huius hymni sumitur per qualitates & diuersitates aeris & temporis: ex hoc scilicet, quod maximus calor solet esse aliquando in meridie, et quandoque solet nocere animæ & corpori. Vnde deum rogare debemus, vt in nobis extinguat flãmans vitiorum nostrorum: & tribuat nobis suam charitatem in cordibus nostris. Et non solum hora tertia deũ rogare debemus, sed etiam sexta hora in qua Adam eiectus fuit de paradiso per superbiam. vt, vnde per transgressionem fuit eiectus, illuc redeamus per bonam operationẽ Christo annuente, qui eadem hora in cruce positus fuit. O tu (rector) qui regis omnia (potens). i. qui potes omnia facere, quæ vis: quia manus tua potentia: & in ea omnis potestas & fortitudo (verax deus qui numquã mentiris, quia tu ipse veritas es, & verax in verbis & promissis tuis, quæ nunquam fallunt (qui temperas). i. qui mittigas (vices idest, vicissitudines rerum & istruis mane). i. incipientes bona opera facere (splendore solis) idest) lumine & instruis meridiem ignibus) idest calore: scilicet charitate.

Extingue flammas litium:
Aufer calorem noxium:
Confer salutem corporum,
Veramque pacem cordium.

¶ Extingue flammas litium idest, suffoca calores mundanarum tentationũ vel (extingue flammas) id est mortifica in nobis flammas idest, ardores libidinis, vel (litium) idest, odiorum, vel discordiarum: (aufer calorem) i. remoue a nobis amorem: & appetitum (noxium) idest, nociuum: & quia tu bonus es calor, & sol vitæ eternæ (confer salutem corporum) scilicet, & animarum (que) pro & confer (pacem cordiũ) idest animorum (veram) idest non fictam.

¶ Carmen est quale illud primo dixerunt, Canitur hora diei nona: cum Deus inuariabilis sit, dederit tamẽ tẽporibus lucis, varietatem. Petit, vt vespere, idest finis vitæ nostræ sit iucũdus, & sine mentis perturbatione, vt in fide Christi morientes vitam eternam consequamur.

Rerum deus, tenax, vigor,
Immotus in te pmanens,
Lucis diurnæ tempora
Successibus determinãs.

¶ Materia huius hymni est. quod non solum hora sexta deprecandus & laudandus est deus. sed etiam in hora nona: in qua Iesus Christus migrauit de hoc mundo ad patrem. vt possimus transire de vitijs ad virtutes: & ad bonas operationes. (O deus (tenax) a teneo tenes, (qui omnia

 tenet

tenes sub potestate tua & pietate(vigor) i. virtus(rerum permanens in te:im motus)idest,non variabilis,quia nunquam in seipso moueretur(determinans idest,diuidens(tempora lucis diurnæ)idest cotidianæ(sucesibus .idest,quib⁹ libet distinctionibus.

Largire clarum vespere:
Quo vita nusquã decidat
Sed præmium mortis sacre
Perẽnis instet gloria.

¶ Et quia hæc dictat facis (largire) id est,concede(clarum vespere(idest,finem nostræ vitæ & exitum (quo) pro vt,nostra vita nusquam decidat)idest: non cadat in aliquo graui peccato sed perẽnis gloria illa,quæ est sine fine existens supple præmium mortis sacræ instet nobis per remissionem peccatorũ ANTONIVS instet , sensus est gloria perennis, appositione præmium mortis sacræ,instet)idest,sequatur.

¶ Carmen est, quale illud primo dierum. Canitur hora vespertina commemorata lucis creatione , eiusque officio instante nocte:per quam intelligimus peccatum ignorantiamque. Petit gratiam:qua præmuniamur peccatis:& optemus æterna.

LVcis creator optime
Lucem dierũ proferens,
Primordijs lucis nouæ
Mundi parans originem.

¶ Materia huius hymni est inuocatio, quam facit beatus Gregorius ad dominum:vt sicut præcepit mane iunctũ vesperi vocari diem ita audiat preces nostras , & comẽdet diẽ dñicum per opus,quod cotidie factum est & in eodem die,vt ibi Fiat lux,& facta lux(O optime creator lucis)idest,filij tui vel angelorum(proferens)idest,tribuens lucem).i filium tuũ(dierũ.i.apostolorum tuorũ:qui dies vocantur)parans originẽ),s.quando dixit Fiat lux . i. initium (nouæ lucis primordijs mũdi) i.apostoli,qui lux mũdi interpretãtur. Vñ dicitur.Vos estis lux,in ista vita [illegible] cia. Vos estis sal terræ,cõdientes. morum tẽperantiã,ipsi apostoli [illegible] populorũ [illegible] cõseruantes,

Qui mane iunctum vesperi
Diem vocari præcipis,
Terrum chaos illabitur
Audi preces cum fletibus:

¶ Et tu qui pcipis mane iũctũ vesperi vocari diẽ,idest & [illegible] : qui est dies naturalis [illegible] dictũ est,Factũ est vespere & mane dies vnus,vel aliter , tu qui præcipis mane iũctum vesperi vocari diem i [illegible] quæ obscura est: vt vesperi [illegible] diem idest,Christum,qui est verus deus (terrum chaos)idest, nox & peccatum & obscuritas [illegible] idest,cadit in nos [illegible] ideo,(audi preces nostras(cum fletibus)idest cum defluxus lachrymarum

Ne mens grauata crimine
Vitæ sit exul munere,
Dum nil perenne cogitat:
Seseque culpis alligat:

¶ Dico audi pces nostras & quare ne mens.i.aĩa nr̃a sit ponderata(crimine) idest,pc̃tõ vitiorũ,& hoc est,quod dicit, ne mens grauata) i ponderosa vel oppressa crimine)idest, pc̃tõ(sit exul) idest,alienata(munere)idest,dono æter

hæ beatitudinis(vitæ).i.Christo,qui est vita(dum mens nil perenne cogitat idest,perpetuum(sed alligat)idest,illa queat sese culpis vitiorum.

Cœlorum pulset intimum:
Vitale tollat præmium,
Vitemus omne noxium,
Purgemus omne pessimũ.

¶ Ergo & nos debemus accipere Christum, vel æternã beatitudinẽ,& vt hoc fiat mens(pulset),i,inquirat(intimũ cœtorum)I.Christum(tollat)i.acquirat vitale præmium)i.æternam beatitudinẽ ergo(vitemus omne noxiũ)i.omne peccatũ quãtũ ad corp⁹ purgem⁹ oẽ pessimũ).i.omne peccatũ quãtũ ad animã,

Additio Et nota q̃ omne pessimum non dicitur latine,teste Valla, quia omnis nunquam iungitur super latiuo,sed positiuo,& comparatiuo,vt omnis sapiens,vel sapientior: ideoq̧ dicendum erat pessimum quidque,secundum medios latini sermonis autores,

¶ Carmen est,quale illud Primo dierum. Cãnitur horis diei completis:imploras diuinam tutelam. Petit ne per noctis in somnia Lemures mentibus nostris incursantes occurrant.

TE lucis ante terminum
Rerũ creator poscimus,
Vt solita clementia.
Sis presul ac,custodia.

¶ Materia huius hymni est deum deprecari in inceptione noctis,sicut de precamur deum in inceptione diei: vt custodiat nos per totam diem ita in inceptione noctis,vt nos custodiat per totã noctem deum deprecamur O rerum creator poscimus).i.petimus te(ante terminum lucis)i.ante quam de mundo exeamus,vel ante quam dies recedat:vt sis præsul):idest,custos,vel speculatur ac custodia,vel sis præsul(ad custodiam)idest,ad custodiendam animam.

Procul recedant somnia.
Et noctium phantasmata.
Hostemq; nostrũ comprime
Ne polluantur corpora.

¶ Dico sis præsul ad custodiam,vt procul recedant somnia).idest,longe sint a nobis,& remotæ illusiones dæmonum vel prauę delectationes carnis,& phãtasmata noctium)idest,occultæ deceptiones, vel suggestiones ,& noctium apparationes,i.malignorum spirituum Nox diuiditur in sex partes.s.vesper siue vesper conticinium,intempestum gallicinium,crepusculum,mane.Vesper est quando nox imminet, illud. s. tempus, quod sequitur solem occidentem,quod etiam vesperus dicitur ab illa stella post solem orientem. Conticinium est ora quando homines cubitũ pergũt. Intempestum est quando nihil operantur,& est communis hora quiescẽdi omnium,mediũ tempus inter galicinium & conticiniũ,Gallicinium est quando galli emittũt voces.Crepuculum est quando dubiũ est inter diẽ & noctẽ Mane est quando aurora apparet,& cõprime nostrũ hostem). i.diabolum, vel carnem,ne corpora nostra polluantur).s.malo,vel corporali pollutione:

¶ Carmen est cacometrum,simile tamen dimetro iambico:Canitur in quadragesima horis diei completis.Petit ne per instãtis noctis tenebras. illudamur,& quietẽ nobis placitam tribui.

Materia huius hymni est, quod deprecare debemus deum, vt det nobis quiedam noctem, & defendat a perfidio hoste: & oculi sic sonum capiant: vt cor semper ad deum vigilet. O Christe qui es lux scilicet angelorum & illuminator omnium sanctorum. Vnde ipsi dixit. Ego sum lux mundi(& dies).i, Christus, qui illuminat omnem diem,& parat omnem lucem, cum autem mirabile sit: quia sicut pater est lux,& filius & spiritus sit lux: non tamē tres luces, sed pater & filius & spiritus sanctus vna & inseparabilis est lux: sicut in hac dictione, quæ est lux, sunt tres literæ,& vnus sonus: cui ad significationem ipsius sensus aliquid addi, vel minui non potest, sic quoque cum tres personæ sint Est vna deitas: cui naturaliter addi, l. minui nihil potest. Nō enim deus tres luces est, quia si illud verum esset iam lux vna non esset, nam quicquid corporaliter diuidi potest in illa substantia, quæ diuersitatem patitur, non potest dici vnum,&(detegis).i. aperis tenebras).i. versutias(noctis(idest diaboli(que)pro & crederis lumen lucis).i. patris tu dico(prædicans).i. promittens apostolis(beatum lumen) i. spiritum sanctum.

CHriste, qui lux es,& dies,
Noctis tenebras detegis
Lucisque lumen crederis,
Lumen beatum prædicans.

O sancte dn̄e).i. qui dominaris(precamur).i. rogamus te,(defende) i. protege nos a vitijs,& ab insidiatoribus nostris, i. dæmonibus, qui vt leones rugiētes circuunt quærentes, quem deuorēt vt ait apostolus(in hac nocte, i in præsenti vita (& requies sit nobis in te)id est requiescamus tecum in cœlesti regno,(& tribue)id est, concede (noctem quietam)id est, tranquillam & securam.

Precamur sancte domine,
Defende nos in hac nocte,
Sit nobis in te requies,
Noctem quietam tribue.

(Ne grauis somnus)idest, ne graue peccatum, vel delectatio peccati(irruat).i. opprimat nos nec hostis).i. diabolus surripiat)id est, fraudulenter decipiat nos (nec caro)nostra(illi consentiēs)scilicet diadolo in peccato(nos reos statuat)id est, faciat esse culpabiles(tibi)idest, domino, quia dominus noster es secundum naturam.

Ne grauis somnus irruat.
Nec hostis nos surripiat,
Nec caro illi consentiens
Nos tibi reos statuat.

Quamuis dico, quod grauis somnus nō irruat, tamē nō dico quod oculi sonū non capiant, immo aliquantulum capiant, vt hic(oculi somnum capiant.i. aliquantulū capiāt, vt corpus refocilletur(cor) i. mēs(semper vigilet ad te)& o tu domine(dextera tua).i, auxiliū tuū (protegat famulos).s. qui te diligunt.

Oculi somnum capiant,
Cor ad te semper vigilet,
Dextera tua protegat
Famulos, qui te diligunt,

Defensor noster aspice(scilicet nos (& reprime insidiantes)idest, demones qui semper insidiantur nobis., & quia maligni spiritus sēper sunt parati insidiari nobis & nocere, & animas iugulare

Defensor noster aspice,
Insidiantes reprime,
Guberna tuos famulos,
Quos sanguine mercatus es.

gulare: ideo petimus, vt Deus eos reprimat & restringat, ne nocere valeant. Est notandum, quod maligni spiritus tres habent habitationes, scilicet, in inferno, in aere, & in terra. Illi qui in terra manent, diuiduntur in duabus partibus, & vocantur laruæ & larues. Laruæ in nocte lędūt, larues autem in die. guberna) i. rege nos tuos famulos quos mercatus es) id est, redemisti tuo sanguine. Et nota quod diu per peccatum serui fuimus: modo per Christum liberi facti sumus: quia, nec auro corruptibili, sed propio sanguine suo nos redemit.

Memento nostri domine
In graui isto corpore:
Qui es defensor animæ,
Adesto nobis domine.

¶ Et quia sumus redempti sanguine domini, ideo non debemus voluptati nostræ satis sationem facere, sed præceptis eius pro salute nostra nosmetipsos onerare, & iugiter applicare. Vnde Dauid. Præceptum domini lucidum illuminans oculos. (O domine memento nostri in graui isto corpore) id est, corruptibili: qui es deffensor animæ o tu domine (adesto nobis) id est, esto ad defensionem nostram.

¶ Carmen est, quale illud Primo dierum. Canitur ad horas vespertinas feria secunda, alludens ad illud Genesis primo, quod aquæ superiores ab inferioribus sunt distinctæ, petit, vt lumine fidei illustremur

IMmense cœli conditor,
Qui mixta ne cōfunderent,
Aquæ fluenta diuidens
Cœlum dedisti limitem.

¶ Materia huius hymni est inuocatio quam facit autor, vt quemadmodum Christus aquas ab aquis in secūda die separauit, & partem in terra reliquit, & partem in cœlo attulit propter nimietatem aquæ, ideo quia terra confusa erat: & ne calor solis dissiparet res mundanas: ita diuidat mentes nostras a malis operibus. Sed quæritur cur partem attulit in cœlum, & ad quid cœlum igneum est? Ignis leuis materiæ est, ideo si non interposuisset aliud elementum, puta aquam, ignis totam terram leuiter comburreret. Etsi quæratur, qualiter aquæ mane t super ignem. Augustinis dicit, ꝙ fortitudo ignis aquam coagulat, & coarctat. Item quæritur, si cœlū mobile est & rotūdum quo modo aquæ mane sursum. Ambrosius dāt hoc exemplum, quia multa corpora exterius sunt rotunda, quæ interius sunt quadrata, & sic potest esse cœlum, Cœlestes nam quæ naturæ igneæ sunt. Vnde spiritus dicitur purus æther, qui & dicitur ignis: Vnde, nisi vnda superioris & inferiores aquæ æthera siue ignem temperaret, totam terram incenderet, & ruptam in puluerem dissiparet (O Christe conditor cœli immense) id est, sine mensura (qui diuidens fluenta aquæ) id est, aquarum cursus ne confunderet, id est, ne ipsa aqua de perderet mixta) i. cunctarum rerum semina, quæ in terra mixta sunt. &c. (cœlum dedisti limitem) id est, terminū inter aquas superiores & inferiores

¶ Tu dico firmans locum inter aquas cœlestes, & aquas terrestes (cœlestibus idest angelis, vel aquis & (simul riuulis terræ) idest, fluminibus, vel peccatoribus (vt vnda) idest aqua temperet flāmas .i. ignem firmamenti, ne flammæ dissipient (solum terræ) idest, soliditatē

Firmans locum cœlestibus,
Simulq; terræ riuulis
Vt vnda flammas temperet
Terræ solum ne dissipent.

¶ O tu pijssime infunde nunc) i. in presenti (donum perēnis gratiæ) .i. spiritus sancti (ne error) .i, idolatria, vel originale peccatum (vetus) .i. antiquum atterat), i. conterat nos (casibus) id est, retibus (nouę fraudis) .i. hæresis: vel diaboli nouę dicit, quia nullus alius peccauerat per originale peccatum

Infunde nunc pijssime
Donum perennis gratiæ,
Fraudis nouæ ne casibus
Nos error atterat vetus.

¶ Fides), s. nostra inueniat lucem tuam o Christe, & inueniendo (ferat iubar idest, splendorem (luminis) .i. spiritus sancti, & ferendo. iubar tribuat se nobis (hæc idest, fides terreat cuncta vana) idest, cunctam prauitatem hæreticam (nulla falsa comprimant) idest, deprimant (hanc) scilicet fidem.

Lucem fides inueniat,
Hæc luminis iubar ferat
Hæc vana cuncta terreat
Hanc falsa nulla cōprimant;

¶ Carmen est, quale illud Primo dierum. Canitur secunda feria ad horas nocturnas, Hortatur nos, vt surgamus ad orationem qua Deum confiteamur, & peccatorum veniam petamus.

¶ Materia huius hymni est, quod debemus surgerē de lecto) .i, de peccato, & de precari deum, vt dimittat nobis peccata nostra s. pñsentia, pterita, & futura. Cum facimus inuocationem ad deū patrē, sic debemus dicere. O deus pater (refectis artubus somno) .i. sensibus nostris repletis in mundana delectatione (surgamus spreto cubili) .i. ipsa delectatione, quia postquam fuerint membra nostra refocillata somno, & reparata virtute debemus cū indignatione illā spernere: & ad dei seruitium festinare: & tunc deus aderit nobis (deposcimus (id est deprecamur (te adesse) .s, præsentem (nobis canentibus .i. laudantibus,

Somno refectis artubus
Spreto cubili surgimus.
Nobis pater canentibus
Adesse te deposcimus.

¶ Et ideo non solum corde, sed etiā lingua te depcamur, o dñe) lingua nostra concinat .i, laudet te (primum) .i. maxime super omnia (ardor), i. amor mentis nostræ (ambiat) idest, desideret te, & ad quid (vt tu sancte pater sis exordium) idest, principium nostrorū actuum sequentū, vt omnis nostra actio a te semper incipiat, & per te incepta finiatur.

Te lingua primum concinat,
Te mentis ardor ambiat,
Vt actuum sequentium.
Tu sancte sis exordium.

Cedant

Cedant tenebræ lumini,
Et nox diurno syderi:
Vt culpa, quã nox intulit,
Lucis labescat munere.

¶ Tenebræ).i. vitia & pctã (cedant). i. locum dent(lumini) idest, christo (& nox) supple cedat(diurno syderi) idest, soli(vt culpa) idest peccatum(quã nox intulit nobis) s. diabolus labescat id est euanescat munere) idest, gratia (lucis) idest, Christi, vel spiritus sancti.

¶ CANTO. Labescat, immo labascat, nã labesco a labor. eris. primã pducit Labasco vero a labo. as. primã breuiat, ꝙ hoc in loco de sideratur, quia in secundo loco iambus est necessarius.

Precamur idem supplices,
Noxas vt omnes amputes,
Vt ore te canentium:
Lauderis in perpetuum.

¶ Nos supplices) idest, humiles(precamur idem) idest, illud, & ad quid? vt amputes). i. auferas(omnes) noxias), i. omnia peccata & vitia, vt lauderis in perpetuum ore canentium te.

¶ Carmen est, quale illud primo dicrũm, Canitur feria secunda ad laudes matutinas aduentãte luce. Filium, qui est splendor patris, de inde patrem ipsum multa petens implorat

Splendor paternæ gloriæ,
De luce lucem proferens,
Lux lucis & fons luminis:
Dies diem illuminas.

¶ Materia huius hymni est patris, & filij, & spiritus sancti credulitas, & ꝙ tantum pater sit in filio, & filius in patre, & spiritus sanctus procedens ab vtroque, & per hanc credulitatem rogamus(vt confirment idest, conferat nobis suam gratiam: vt sit nobis cibus & potus, (O Christe, qui es splendor paternæ gloriæ) idest per patrem glorificans proferens lucem) i spiritũ sanctum de luce): i. de patre, vel proferens) i. manifestans(lucem). i te ipsum æternam lucem venientem in hunc mundũ de luce paterna O lux). i. filius(lucis), i. patris: & fons) idest, origo luminis, vel spiritus sancti: tu dico dies illuminas diem) idest, illos quos prædicatione apostolorum facis illuminari.

Verusq; Sol illabere.
Micans nitore perpeti,
Iubarq; sancti spiritus
Infunde nostris sensibus

¶ Et tuo Christe qui es verus sol illabere). i. descende(micãs nitore perpeti). i. ppetuo lumine æterno(infunde). i. mitte iubar idest, splendorẽ spiritus sancti (nostris sensibus). i. nr̃is mentibus: et nõ solum vocemus filium, sed te patrem.

Votis vocemus te patrem
Patrem perẽnis gloriæ
Pater potentis gratiæ
Culpam religet lubricam

¶ Et non solum vocem⁹ te filiũ sed votis vocemus). i. precemur cũ desiderio, vocemus inquã(te patrẽ perennis gl'iæ). i. perpetuæ, quia infinita est, & vocemus, vt pater potentis gratiæ(religet). i. restringat, vel mitatur exilium culpã lubricã), i. libidinem, quæ facit hominem cito labi de bono in malum.

Informet actus strenuos,
Dentem retundat inuidi,
Casus secundet asperos,
Donet gerendi gratiam.

Dixi inuocemus, & quare? vt pateat (informet) idest, componat (actus strenuos idest, honestos .s. bonas operationes (& retundat) idest, frangat (dētem) idest, fortitudinem (inuidi) idest, diaboli. & quemadmodū aliquis mordet escam, ita diabolus mordet, & seducit christianos operando mala in eis (& secundet) idest, faciat prosperos (casus nostros asperos) idest, castigando nos pẜsime, faciat secundare (donet nobis gratiam gerendi idest, patiendi eosdem casus asperos. ANTO. Emendauit secundet, nam si legas fœcundet, vt in hoc loco scriptum reperimus, contrarium esset ei, quod petimus: sicut iam a principio annotatum est.

Mentem gubernet, & regat
Casto fideli corpore:
Fides calore ferueat,
Fraudis venena nesciat.

Modo conuertit se ad fideles, quasi dicat: filius infundat in nobis iubar sancti spiritus: & actus nostros dirigat, & (gubernet mentem) idest, animam nostram, (& regat) eam castam in fide catholica (fideli corpore) idest, sanctæ ecclesiæ: vt fides nostra (ferueat idest, ardeat (calore) charitatis vel amore spiritus sancti (nesciat venena) idest hæreses (fraudis) id est diaboli.

Christusq; noster sit cibus.
Potusq; noster sit fides
Læti bibamus sobriam
Ebrietatem spiritus.

Vt mēs sit nescia fraudis, Christus (sit nobis cibus) idest, prædicatio dei, quæ refecit nos, idest, mentes nostras, vt cibus reficit corpus, & hac comestione, idest, prædicatione habeamus potum idest, fidem. Fides est charitas prædicationis (q;) pro & Christus sit etiam cibus cælestis (& fides) scilicet, catholica, sit noster potus (læti) idest, alacres vel hilares (bibamus sobriam ebrietatem, id est temperatam, scilicet infusionem spiritus sancti, vt nos seruet a peccato. Et ebrietas spiritus est sobria, idest, temperata & modesta quia homines inflāmat amore dei, & seruat ab amore peccati quia sicut ille qui est ebrius obliuioni tradit omnia: nec recordatur, sic qui plenus est spiritu sancto, vel gratia spiritus sancti, omnia mundana obliuiscitur.

Lætus dies hic transeat.
Pudor sit, vt dilucum.
Fides sit, vt meridies
Crepusculum mens nesciat

Hic dies) id est, præsens vita (læta transeat) idest, exterminetur (lætus dies) id est, Christus adueniat ad nos (pudor) idest, castitas sit (vt diluculum) id est, vt aurora luceat. ANTONIVS. (vt diluculum) alludit potius ad avroræ colorem purpureum (qui pudorem & pudicitiam significat: cuius custos est pudor siue rubor, fides sit velut meridies, & feruat amore spiritus sancti sicut meridies feruet: & mens crepusculum nescia (idest peccatum, quia crepusculum est (lucis) idest, diei finis, & noctis principium.

Aurora

Aurora cursus prouehit
Aurora totus prodeat,
In patre totus filius,
Et totus in verbo pater,

¶Auora)idest, pater (prouehit cursus) idest, ducit filium suum ad sui superiora; aurora prodeat(idest, manifestetur totus in substantia deitatis: quia filius in substantia deitatis totus est in patre) & pater totus in verbo).i, in filio quia totus vnus est Deus.

¶Carmen est, quale illud Primo dierum: Caniturferia tertia ad nocturnas horas per noctis tenebras, Petit a Christo, qui est vera lux, vt ignorantiæ tenebras, & somni desidiam a nobis discutiat.

COnsors paterni luminis
Lux ipse lucis & dies,
Nocte canēdo rumpimus,
Assiste postulantibus,

¶ Materia huius hymni est resurrectio noctis: & sicut nos surgendo rūpimus noctem: ita Christus surgendo rupit mortem, idest, vicit peccatorū vel sicut dies adueniens noctis vmbram effugat, sic aduenięte vero lumine, scilicet Christo, ipse Christus vitiorum, id est, peccatorum tenebras effugauit, & totum mundum illuminauit. O Christe consors idest, æqualis, vel conscius eius naturæ, quia est pater: quia vnum est nomen patris, & filij, & spiritus sācti (paterni luminis (tu inquam Christe consors luminis (tu ipse lux) idest filius lucis, idest, patris, & dies dierum, vel omnium luminum(rūpimus noctem) idest, peccatum(canendo) idest; laudādo te, Et ideo(assiste postulantibus(te cum precibus.

Aufer tenebras mentium,
fuga cateruas dæmonum,
Expelle somnolentiam,
Ne pigritantes obruat.

¶Aufer tenebras idest, ignorantias mentium nostrarum (fuga cateruas dæmonum (idest, turbas malignorum spirituum (ex pelle somolentiā idest, animæ pigritiam ne illa somnolentia, idest peccatorum dormitio, vel negligentia (obruat)idest, demergat (pigritantes) idest, in peccatis dormientes.

Sic Christe nobis omnibus
Indulgeas credentibus
Vt Posit exorantibus
Quod precinētes psallimus

¶Sic(.i. taliter (o Christe indulgeas) idest, miseratus omnibus credentibus nobis, vt quod præcinentes idest laudantes (psalimus ore) silicet & corde(prosit exorantibus)idest proficiat nobis deprecantibus.

¶Carmen est, quale illud primo dierum Canitūr ad laudes matutinas feria tertia, Quia quemadmodū gallus nos a somno excitat, ita & Christus a secordia. Deinde Christi misericordiā implorat. Hic hymnus est prudentij Clemētis ex libro, qui ab illo inscribitur cathemerinon, idest per horas diei ad galicantum

¶Materia huius hymni est exhortatio Christi ad nos: vt surgamus a vitijs, & adhereamus virtutibus, & præmittit exemplũ alitis, idest, galli. Sicut enim galli cantus nos exciat, vel vocat ad diem venientem: sic Christus excitat mentes nostras, & vocat nos per scripturas sacras ad opera virtuosa prænũtians, ꝙ in proximo est venturus, eius vero aduẽtus tempus ignoratur. vnde benedicitur. Surgite: & vigilate, quia nescitis diem, ne que horam. &c. (Ales idest, gallus (nuntius diei præcinit).i. p̃dicit lucem.i. diẽ nobis propinquam Christus excitator mentium (nostrarum(vocat nos iam ad vitam(id est: ad se vocat nos.

Ales dei nuntius
Lucẽ ꝑpinquã p̃cinit
Nos excitator mentium
Iam christus ad vitam vocat,

¶Christ⁹(clamat(idest, vocat, & precipit nobis dicẽs(aufere(idest relinquite lectulos, dicens(o desides(id est, pigri relinquite(lectulos ægros(idest carnalitatẽ, vel corda vr̃a(sopore).i. pc̃o irretiti, aut insequentes libidinem. Et vigilate: casti(nõ petulãtes recti non tortuosi) sobrij nõ ebrij. Et bñ debetis facere hoc, quia ego(Christus(iam proximus sum(vobis vel secũdum aliã literã. O(casti anima & corpore⁹& o(recti, verbo & opere(sobrij.i. tẽperati cibo & potu. vigilate, iã sum proximus.

Auferte clamat lectulos,
Aegros sopores, deside;
Castiq;, recti, ac sobrij
Vigilate: iã sum proximus,

¶Et quia christ⁹est proximus o fratres ciamus).i. vocemus (Iesum) vos dico flentes p̃ cãtes).i. cũ fletu rogãtes illũ (sobrie idest, cũ sobrietate sine om̃i fœditate intenta supplicatio idest assidua de p̃catio(vetat cor mundum dormire idest, in aliquo mortali pc̃õ mãere

Iesum ciamus vocibus
Flentes precantes sobrie
intenta supplicatio
Dormire cor mundum vetat;

¶O tu christe(discute(idest, dissipa vel (discute idest, diuide somnũ i. peccatũ vel diabolum ne nos decipiat(& turũpe(idest discutiendo vincula noctis(i. diaboli, vel pœnas inferni quę dicũtur nox: vt nos non decipiant(tu solue peccatũ vetus idest, originale(& ingere).i. immitte) nouũ lumen(i. sp̃m sc̃tum, qui dr̃ nouus: quia ejciendo a nobis vetera pc̃tã nos: renouat lumine gratiæ.

Tu Christe somum discute,
Tu rumpe noctis vincula
Tu sole peccatum vetus
Nouumq; lumen ingere,

¶Carmen est quale illud Primo dierum, Canitur ad horas vespertinas feria tertia; Quo die, quia terra protulit herbam viretem petit nostra peccata gratiæ vigore mundari

¶Materia huius hymni est deprecatio quam facimus ad deum vt sicut deus pater fecit cælum & terrã & diu sit superiori ab inferioribus, ita sua pietate nr̃a peccata dimittat, & sicut dedit terrã immobilẽ vt faceret fructum gratum ita faciat mẽbra nr̃a acceptabilia ad fructificandum sibi) O ingens con-

Telluris ingens conditor,
Mundi solum qui eruens
Pulsis aquæ molestijs
Terram dedisti immobilem.

cōditor telluris.).totius orbis(qui eruens).i.diui deus(solum mundi abaquis f.ab inferioribus & a superioribus(atq;)pro &(dedisti terram inmobilem) & hoc(pulsis molestijs)id est elementis que valde molesta erant dum inter se essent confusa id est simul mixta.

Vt germen aptū proferēs.
Fuluis decora floribus,
Fecunda fructu sisteret
Pastumq; gratum redderet,

Mentis perustæ vulnera.
Munda vigoris gratia
Vt facta fletu diluat:
Motusq; prauos atterat,

Iussis tuis obtemperet,
Nullis malis approximet,
Bonis reppleri gaudeat,
Et mortis actum nesciat.

Vt illa terra:f. (proferēs). i. producēs (germen aptū).i. cōgratum homnib⁹(si steret).i.permaneret(fecūda).i. abūdans & fertilis(fructu)accetabili.illa dico(de cora) i speciosa(fuluis florib⁹)idest rube is et albis(q;)pro & (redderet gratū pa stum)acceptabilem tam hominibus q̄ pecudibus.

O christe munda). i. purga (vulnera peruste mētis)idest peccata vel flammas anime peccatricis & hoc vigore gratie idest spūs sancti(vt diluat facta) idest emēdet peccata cōmissa(fletu)idest gemi tu.atterat.i.auerta prauos mot⁹) idest re frenet nostros prauos actus.

mens illuminata obtemperet iussis tuis).i.obediat mandatis tuis & nō ap proximet).i.non accedat,vel appropin quet(malis vllis).f.operibus, sed gaude at impleri bonis operibus & nesciat a ctum mortis).i.non cognoscat mortale peccatum:vel penas inferni.

Carmen est quale illud Primo dierum.Canitur ad horas noctur nas feria.iiij.Surgentibus per noctis somnum ad confitendum. Christo,peti peccatorum condonationem:

Rerum creator optime.
Rectorq; noster aspice
Nos a quiete noxia,
Mersos sopore libera.

Materia huius hymni est inuocatio ad deum, vt dignetur criminibus nostris ignoscere,vt sicut surgimus de lecto & rumpimus noctem,sic Christus rumpat peccata.O optime creator omnium re rum &(o rector noster aspice nos).i.li beranos (a quiete noxia) quia quę carnem oblectant,noxia sunt sancte ani mæ,nos dico (libera) i.redime(mersos).i.obrutos sopore).i.peccato.

Te sancte Christe poscimus,
Ignosce tu criminibus
Ad confitendum surgimus,
Morasq; noctis rumpimus,
Mentes,manusq; tollimus.
Prophetam sicut nouimus.
Nobis gerendum præcipit.
Paulusque gestis censuit,

Ideo poscimus(.i.depcamur te,o(san cte Christe ignosce.i.parce culpis omni bus vel ignosce criminibus)nostris oīb9 (surgimus)de virtute in virtutē. f confi tende peccata(& rumpimus moras). i. impedimenta(noctis id est,diaboli.

Tollimus. i.subleuamus (mentes).f. cogitaciones (& manus). i. operationes (sicut nouimus prophetam.f.Dauid(qui præcipit).i.iubet (nos gerendum id est, faciendum dicens. Media nocte, &c, (Et Paulus censuit) id est , scripturis suis indicauit dicens.Hora est nos iam de somno surgere(gestis) id est , factis

O deus

¶ O deus (vides malũ, quod gessimus) id est, fecimus: & ideo (pãdimus occulta nostra .i peccata. s. per confessionẽ (gementes) i. suspirantes fundimus tibi preces, & ideo (dimitte. i. dona (quod peccauimus. i. deliquimus.

Vides malũ quod gessimus,
Occulta nostra pandimus,
Preces gementes fundimus,
Dimitte quod peccauimus,

¶ Carmen est, quale illud Primo dierũm. Canitũr ad laudes matutinas feria quarta. Hymnus est Prudentij ex libro: qui cathemeri non in scribitur.

¶ O nox). i. diabole. &c. Nox aliquando accipitur pro ira, pro tẽpore, pro diabolo, & ꝓ obscuritate, & ideo (o tenebræ) i. o peccata (& nubila) i. discordiæ hæreticorum (& turbida mundi). i. turbationes & seditiones (cõfusa). i. permixta (discedite. i. recedite, quia sicut nox diem, sic peccata iustitiam, & diabolus Christum fugit, Recedite inquam, & bene debetis, quia Christus existens lux intrat) mentes fidelium (polus (.i. corpus (albescit) id est, nitestit bonis operibus, quid dicam per singula. (Christus venit) scilicet in corda nostra.

NOx, tenebræ & nubila.
Cõfusa mũdi, & turbida
Lux intrat: albescit polus.
Christus venit discedite.

¶ Caligo terre) .i. obscuritas nostra (sciditur) id est, diuiditur, vel secreta hereticorum caligo dico. (percussa spiculo solis (aspectu christi). i. diuino verbo, & (color) id est, vigor spiritus sancti qui recessit propter præsentiam tenebrarum (iam redit) animabus nostris (vultu nitentis syderis). i. splendore spiritus sancti, qui est versus Sol.

Caligo terræ scinditur.
Percussa solis spiculo,
Rebusq; iam color redit.
Vultu nitentis syderis,

A N T O. Emendat etiam color pro calor, vt plerique omnes codices habent, vt superius in præfatione supra dictum est.

¶ O christe nouimus te solum) redemptorem & illuminatorem (te) & non alium (pura mente & simplici) id est, sine hypocrisi) quęsumus flendo) peccata, & (canendo). i. laudando te (intende) id est, prebe assensum (nostris precibus id est intentionibus.

Te Christe solum nouimus.
Te mente pura simplici.
Flendo & canendo q̃sumus,
Intende nostris sensibus.

¶ multa). i. multe virtutes (sunt illita nobis) id est, inuncta, vel vncta fucis, id est, falsis coloribus. Fucus dicitur falsus color, qui mixtus inter veros colores obscurat eos: quæ omnia omnino) purgentur tua luce id est, tuo splendore, benedico tua luce, quia ortu christe es lux. Eoi syderis, id est orientalis, scilicet patris: & ideo, illumina nos sereno vultu, id est claritate spiritus sancti.

Sunt multa fucis illita.
Que luce purgentur tua.
Tu lux Eoi syderis,
Vulto sereno illumina.

carmen

¶ Carmen est, quale illud primo dierum. Canitur ad horas vespertinas quarta feria, in qua sol & luna creati sunt. Itaq; illorũ officia commemorat, petitq; cor nostrum illustrari.

COEli deus sanctissime,
Qui lucidũ centrũ poli,
Candore pingis igneo.
Augens decoro lumine,

¶ Materia huius hymni est laus, quam cõsona voce. s. corde & opere tenemus deo persoluere. ideo, scilicet, quia ad vtilitatem nostri omnia construxit, & fecit, vt cœlum & terram & multa alia Primo fecit cœlum & terram: postea mare, quarta die solem & lunam, & c. Item vt ad brauium suæ remunerationis nobis pateat accessus præterita & præsentia dimittendo peccata nos ad sui amorem faciat peruenire. O sanctissime deus cœli, qui pingis). i. decoras (lucidum poli cẽtrum) .i. spacium vel pũctum poli vel zodiacum, per quem signa decurrunt: zoa enim animal interpretatur. Cẽtrũ est medietas sphæræ. hic posuit centrum pro cœlo, i. claritate, scilicet, centrum poli cum pictura. scilicet claritate stellarum.

Quarto die qui flammeam:
Solis totam constituens,
Lunæ ministrans ordinẽ,
Vagosq; cursus syderum.

¶ Tu qui constituens rotã solis flammeam .i. ardentem quarto die. Notandum, quod per quatuor dies mundus sine sole permansit. Prima die facta est angelica creatura. Secunda die cœlum & aer. Tertia die terra & aqua. Quarta die sol & luna. Quinta die pisces & aues. Sexta die animalia & homines, (Et tu es ministrans) i. tribuens ordinem lunæ (& vagos), i. varios (syderum cursus. i. stellarum motus quia non currũt curso eodem semper stellæ, vel quantum ad planetas est vagus cursus, Alius est enim cursus lunæ, alius cursus solis: alius syderum.

Vt noctibus vel lumini
Directionis terminũ
Primordijs, et mensium
Signũ dares notissimum,

¶ Et quare: vt luna daret (terminum directionis (id est, separationis, uel diuisionis noctibus, vel etiam lumini diei) vt daret notissimum signum primordijs) id est, principijs mensium, quia mensis habet triginta dies, paulo plus vel minus.

Illumina cor hominum:
Absterge sordes mentium.
Resolue culpæ vinculum,
Euerte moles criminum.

¶ Et quia tu fecisti hæc omnia, illumina cor hominum: & absterge sordes. id est, prauas cogitationes mentium nostrarum (Resolue culpæ vinculum, Euerte moles criminum) idest magnitudines peccatorum.)

¶ Carmen est, quale illud primo dierum, Canitur ad horas nocturnas feria quinta. Petimus a Christo per noctis tenebras, vt animi caligine excussa lumen gratiæ nobis infundat.

NOx atra rerum contegit
Terræ colores omniū
Nos confitentes poscimus
Te iuste iudex cordium.

¶ Materia huius hymni est rogare deū vt ipse caliginē mentis ac corporis a nobis expellat. Rogamus etiam in hoc clementiam dei, vt nos defendat ab hoste antiquo, & expellat intrinsecam obscuritatem, idest, mentis & corporis caliginem, & sui luminis claritatem concedat (Atra nox) idest, diabolus vel peccatum (contegit idest, obtenebrat (calores omnium reum terræ) quia noctis obscuritas omnia contegit, & colores herbarum & cæterarum rerum insuis profundis tenebris obducit & sepellit

¶ ANTONIVS. Colores lege non calores, nam ratio carminis, sensus, & mens ipsa autoris repugnant. Sed cum hoc sit nunc, ꝙ lucem syderis habeamus in mente & hoc in medijs noctibus, idest, quando mundus sedet in tenebris, & plus semper crescunt incendia carnis, surgamus confitentes deū, s. iudicem cordiū nostrorū. Et rogemus iudicem vt auferat a nobis caliginē peccatorū, & det nobis suæ gratiæ dulcedinē. Et ideo cū (nox atra contegit) idest, tenebrosos reddit (colores) omnium rerum terræ (nos confitentes) tibi peccata nostra (poscimus te, s. ea quæ sunt vitæ, scilicet, misericordiam te discolo iuste iudex cordium idest, animarum nostrarum & quare? vt

Tu auferas piacula:
Sordesq; mentis abluas
Donesq; Christe gratiam,
Vt arceantur crimina

¶ Tu auferas piacula, i. grauia peccata (& abluas mentis sordes), idest, suggestiones diabolicas, quæ pungunt nos, & o Christe dones gratiam sancti spiritus vt crimina arceantur) idest, expellantur scilicet, a nobis.

Mens ecce torpet impia
Quam culpa mordet noxia
Obscura gestit tollere,
Et te redemptor quærere

¶ Dico ꝙ expellantur crimina & quare? quia ecce mens impia) idest, peccatrix (torpet) idest, pigrescit quam mentem culpa noxia) idest, mala (mordet) idest, ligatam tenet & mēs gestit) idest, cupit) tollere) idest, depellere a se (obscura) idest, peccata. & gestit te querere o redemptor.

Repelle tu calliginem
Intrinsecus quā maxime,
Vt in beato gaudeat
Se collocari lumine.

¶ Et quia gestit te (repelle intrinsecus) idest, ex anima caliginem) idest, cæcitatem peccati (quam maxime), i. multum vt illa mens gaudeat se collocari in beato lumine idest, æterna beatitudine.

¶ Carmen est quale illud Primo dierum, Canitur ad laudes matutinas feria quinta, veniente luce. Petit a nobis abigi tenebras Peccatorum, cum maxime habeamus iudicem cuncta cernentē

LVx ecce surgit aurea
Pallens fatiscat cæcitas
Quæ nosmet in pceps diu
Errore traxit deuio.

¶ Iste hymnus continuatur cum superiori hymno, sed intentio versus est hæc, scilicet, ne oculi peccent. Nox vsque modo texit colores terræ, sed modo discedit, quia (ecce lux au-

rea)idest, euangelica prædicatio(surgit)in corda nostra, & ideo(omnis cæci tas pallens idest, diabolus(fatiscat)idest euanescat, quia cæcitas(traxit)idest, duxit(nosmetipsos in præces)idest, in ruinam, vel in precepitium(diu)idest, multum deuio errore.

Hæc lux serenum conferat:
Purosq; nos præstet sibi
Nihil loquamur subdolū,
Voluamus obscurū nihil

℄ Ex prudentio in libro chatemerinon dixit, quod lux surrexit, & ideo. (Hæc lux conferat nobis serenum), i. virtutē spiritus sancti,(& præstet nos puros idest, donet nobis puritatē animæ(sibi)idest, ad honorem suū, & hoc fit:(vt nihil loquamur subdolum)idest, deceptiuum (& nihil voluamus obscurum idest, nullum cogitemus peccatum.

Sic tota decurrat dies
Nec lingua mēdax, nec ma nꝰ
Oculi ne peccent lubrici
Nec noxa corpus inquinet,

℄ Tota die)idest. totū tempus vitę nostræ)decurrat sic)vt non loquendo sub dolum(nec lingua medax sit)idest, ne dicat mendacium nec manus peccent) idest non, faciant aut operētur aliquid mali nec oculi librici peccent idest, videndo & concupiscendo illicita (nec noxa id est, culpa inquinet) i dest, non polluat cor nostrum.

Speculator astat de super
Qui nos diebus omnibus
Actusq; nostros proscipit
A luce prima in vesperum.

℄ Et nolite peccare: quia(speculator) idest, dominus(astat)idest, prospicit (de super)idest, de cælo(qui nos omnibus diebus .i, cotidie, & actus nr̄os prospicit, idest, videt, & considerat (a prima luce)idest, a natiuitate(in vesperum)vsque in noctem, hoc est mortē.

℄ Carmen est quale illud Primo dierū. Canitur ad horas vespertinas feria quinta. Quodie, quia ex aqua pisces & aues creatæ sunt. Petit vt non deprimamur peccato nec extollamur supbia.

MAgne deus potentiæ,
Qui ex aquis ortū genꝰ
Partim remittis gurgiti,
Partim leuas in aera

℄ In hoc hymno continetur quid deus fecit in quinto die, scilicet creauit pisces & aues ex aqua, & ipsorum quæ ex aqua fecit, partim immisit gurgiti, vt pisces, partim leuauit in aēra, vt aues. Creauit quoque cete grandia: benedixit que eis dicenes. Crescite & multiplicamini & replete aquas maris, auesq; multiplicentur super terram Pisces & aues de aqua sunt orti, sed aues non comeduntur in omni tempore vt pisces quod ideo fit, quia aues per coitum generantur, vt nos generamur, quod non est in piscibus, quia sunt cali dioris naturæ. Intendit etiam autor rogare deum, vt nos, qui sumus abluti sacro baptismate sic seruet, vt nesciamus lapsus criminum, & vt mala culpa non deprimat nos idest, criminalia peccata.(O deus magne potencia, qui remittis genus)idest, pisces & aues, genus dico(ortum ex aquis idest, ex aqua baptismatis partim gurgiti)idest, in mari, idest in inferno, vt pisces, idest malos homines(& leuas partim in aēra vt aues idest, bonos homines, quasi dicat. Sicut in aēre aues collocasti, ita in cælo homines, vel sanctos.

Dimersa lymphis imprimēs.
Subuecta cœlis irrogans:
Vt stirpe vna prodita
Diuersa rapiant loca.

¶ Tu dico(imprimens)idest, submergēs(dimersa)idest, deorsum mersa, vt pisces.i. malos homines(lymphis).i, aquis infernalibus: (& irrogans) idest, subleuans(subuecta)idest, sursum vēcta, vt aues, idest, puros homines (prodita)idest, orta(vna stirpe idest, vno baptisme renati(rapiant)idest, accipiant(diuersa loca) vt aëra, & aquam .i, vitā æternā, & æternā damnationem.

Largire cunctis seruulis
Quos mūdat ūda sāguinis
Nescire lapsus criminum
Nec ferre mortis tædium.

¶ Et tu qui omnia fecisti(largire).i. tribue hoc, s. nescire lapsus criminū) idest casum illum: qui in baptismo dimissus est(cunctis seruulis)tuis (quos vnda sāguinis).s.tui mūdat a peccato(nec pro non ferre),i, portare, vel habere(tediū mortis)idest, pœna diaboli.

Vt culpa nullum deprimat;
Nullum leuet iactantia.
Elisa mens ne concidat
Elata mens ne corruat.

¶ Ad hoc largire, vt culpa).i.graue peccatū non deprimat).i. aggrauet vllū christianum(& iactātia).i.superbia de bonis(non leuet)idest, nō extollat vllū (& mens elisa)idest, percussa vel vulnerata a vitiis, ne concidat)idest, nō incidat in desperationem(ne pro &)elatamens) idest, inflata per superbiam(non corruat, scilicet in infernum.

¶ Carmen est, quale illud Primo dierū Canitur ad horas nocturnas feria sexta. Petit a Deo medicinam peccatorum iā præteritorum. & antidotum, quo præmuniamur ab instātib⁹ peccatis

TVtrinitas vnitas.
Orbē potenter qui regis
Attende laudum cantica
Quæ excubantes psalimus.

¶ In hoc hymno nos hortatur autor de somno surgere. & medelam vitiorum quærere Intendit etiā in hoc hymno ipsam trinitatē laudare & inuocare. per quā mūdus regitur, vt impleat nos suo lumine, vt quicquid peccauimus fraude dæmonū, ipse Christus abstergat cælitus. O tu vnitas)idest: o tu sancte spiritus, qui procedis a patre & filio(trinitatis)vnus deus in trinitate (qui regis).i qui gubernas(potenter .i, potentia tua(orbem),i, mundum(intēde i, respice vel ausculta (laudum cantica)idest, carmina hymnorum nostrorum, quę cantica(excubantes).i. vigilantes, Psallimus)idest, canamus.

Nam lectulo consurgimus
Noctis quieto tempore
Vt flagitemus vulnerum
Ate medelam omnium

¶ Nam consurgimus oēs lectulo),i, desidia. Lectulus dr̄ ab electis & mollibus herbis, super quas antiqui requiescebāt(quieto tp̄e),i, in horis noctis, & ad quid?(vt flagitemus)idest, imploremus(a te medelam oīm vulnerum).i. indulgentiam omnium pectorum nr̄o

Que

Quo fraudequicq̃d demonũ
In noctibus deli[illegible]mus,
Abstergat illud cœlitus
Tuæ potestas gloriæ

Nec corpus adsit sordium
Nec torpor instet cordium
Nec criminis contagio
Tepescat ardor spiritus.

(contagio)idest,propter maculam vel inquinationem criminis).i.peccati

Ob hoc redemptor, q̃sumus,
Reple tuo nos lumine,
Per quod dierum circulis
Nullis ruamur actibus

¶Quo)pro vt,(& vt (potestas gloriæ tuę.i.tuæ laudis abstergat).i. abluat cœlitus).i.diuinitus(illud.scilicet,peccatũ & quicquid).s.vitiorum.i. peccatorum (deliquimus)idest,fraude,vel deceptione dęmonum peccauimus(in noctibus idest intenebris vitiorum.

¶Nec pro & nõ(nostrum corpus adsit sordidum,i polutũ, vel fœtidum nec torpor).i.pigritia,vel malitia: cordium nostrorum.s.instet.s,nobis,& ardor spiritus),i.amor,vel gratia spiritus sancti nec tepescat idest ,non deficiat in nobis

¶ Vt amor tuæ gratiæ non deficiat in nobis(ob hoc).i,propter hoc,o redemptor quęsumus te reple nos tuo lumine idest,splendore per quod lumen non ruamur(vllis actibus).i. non cadamus vllis peccatis(circulis dierum)idest, in revolutiõibus dierum.

¶Carmen est,quale illud Primo dierum.Canitur ad laudes matutinas feria sexta. Quia iam lux solis aduentat, Petit vt illustremur diuina luce,quo permaneamus in spe,fide,& charitate.

AEterna cœli gloria:
Beata spes mortaliũ,
Celsi tonantis vnice,
Castæq; proles virginis.

æterna gloria cœli).i.angelorum,vel beata spes mortalium).i.Christianorũ,& o(vnice celsi tonantis).i.cœlestis patris secundũ diuinitatẽ,&o(proles).i.fili castæ virginis(secundum humanitatem

Da dexteram surgentibus,
Exurgat & mens sobria
Flagransq; in laudem Dei
Grates rependat debitas

O:tus refulget Lucifer
Sparsamq; lucem nuntiat
Cadit caligo noctium,
Lux sancta nos illuminet.

¶ Materia huius hymni est inuocatio ad Christũ filium beatæ Mariæ virginis, vt dignetur nobis suam misericordiã tribuere & dexteram porriger eut mereamur corroborationẽ fidei spei,& charitatis obtinere. (O Christe tu dico quia pater per te glorificatur ,& o(beata spes mortalium).i.Christianorũ,& o(vnice celsi tonantis).i.cœlestis patris

¶Da dexterã).i.auxiliũ tuũ nobis surgẽtib⁹ a vitijs, & ita mẽs nostra(sobria i.abstinens (exurgat).s.ad lucẽ tuã (q;) pro & illa(flagrãs).i. ardens(in laudẽ)i. commemorationem Dei (rependat)i. per soluat(debitas grates)scilicet in hymnis & canticis deo omnipotenti

¶Lucifer.s.stella matutina.i. Christus natus refulget, & nuntiat mundo(lucem sparsam)idest,natam,& vndique dispersam , & vere nunciat,quia (caligo noctium)idest , obscuritas diaboli

cadit),i.recedit, & ideo lux sancta),i.Christus ,qui est lux sanctificata(nos illuminet lumine spiritus sancti i.& sanctificet nos,& saluet nos,

Manẽsq; nostris sensibus
Noctem repellat sæculi,
Omniq; fine diei
Purgata seruet pectora

¶ Et ipsa lux manens).i.permanens(in nr̃s sensibus).i. in nobis , qui habemus quinq; sensus corporis repellat a nobis noctem idest,diabolum(seculi huius)id est,mundi & illa lux(seruet pectora nostra)purgata a vitijs(omni fine diei)id est omni tempore vitæ nostræ.

Quæsita iam primũ fides
Radicet altis sensibus
Secunda spes congaudeat
Qua maior extat charitas

¶ Fides quæsita a nobis in baptismo(iã primum).i.cito ideo dicit primum,quia fides prima cognominatur inter virtutes in illo loco , vbi dicit . Fides , spes. &c.(radicet).i. ponat radices (sensibus nostris altis) idest , profundis (secunda spes).i.prospera,per quam spem speramus vitam(congaudeat).i.simul lætetur,& crescat qua scilicet,spe & etiam fide charitas extat maior)iuxta illud apostoli.Maior autem horum est charitas.

¶ Carmen est, quale illud Primo dierum . Canitur ad horas vespertinas feria sexta, Quo die, quia bestiæ & reptilia cum homine creata sunt propter hominem, Purgari a peccato , & donari æternis præmijs petit.

Plasmator hominis De⁹
Qui cũcta solus ordinãs
Humum iubes producere
Reptantis & feræ genus

¶ In hoc hymno cognoscitur illud ,qđ fecit Deus in sexta die, creatis si quidẽ omnibus reptilibus . i. piscibus, auibus & alijs bestijs . Sexta die formauit De⁹ Adã, & pfecit eũ omnibus animalib⁹, dicens ,Crescite & multiplicamini, & replete terrã, & dominamini piscibus maris, & volatilibus cœli, & vniuersis q̃ viuũt super terrã. Posuitq; eũ in paradiso delitiarũ,vt operaretur,& custodiret illũ.Intẽdit itaq; autor rogare.Deũ, vt sicut fecit hominẽ superiorẽ cũctis animantibus,sic faciat,vt nõ sit inferior aĩalibus pter peccata sua, Quæritur cur Deus hominẽs creauit. quos malos futuros pſciebat, quia sicut præuidit, quid mali essent facturi,sic etiã preuidebat de malis factis eorũ, quid boni ipse facturus,esset vel quid boni homines essent facturi.O de⁹ plasmator .i.creator(hominis.s. Adæ)qui solus ordinans cuncta),i.disponens iubes pducere)i.procreare permittis(humũ).i. terrã,vel humũ).i,ecclesiã. s,bonos & malos homines. Ecclesia est cõgregatio fideliũ genus reptantis vt serpentium & feræ)idest,bestiarum.

Qui magna rerum corpora
Dictu iubentis viuida
Vt seruiant per ordinem
Subdens dedisti homini

¶ Et o tu Deus,qui fecisti(dictu iubẽtis) i verbo tuo præcipientis (magna corpora) i.iumenta,pecora, bestias omnium specierum diuersarum(viuida)id est,animata(& subdens) .i. supponens

illa animalia, dedisti homini, vt seruiāt per ordinē).i.vt oīa aīalia supposita sunt homini, quædā, vt hoies illa ederēt.s.boues, oues, lepores, & porcos, & talia. Et alia, vt illis vterentur, illisque equitarent, vt sunt equi & muli, &c

Repelle a seruis tuis
Quid quid per inmunditiā
Aut moribus se suggerit,
Aut actibus se interserit.

¶ Et o deus, reppelle a seruis tuis quicquid surggerit idest, infert se) per immūditiā.i.per aliquā superfluitatē, culpā, vel turpitudine, vel per sordidā comestionem (aut moribus .i, per prauā consuetudinem, vt cum aliquis, postquam incipit peccare: nequit abstinere: sed vult semper pseuerare (aut interserit) idest, miscet se (actibus) idest, operationibus scilicet, cum mala facimus

Da gaudiorum præmia
Da gratiarum munera
Dissolue litis vincula
Astringe pacis fœdera.

¶ Da præmia) i.remunerationes gaudiorū æternorum da munera grāru) .i. dona spiritus sācti dissolue vincula litis idest dissidia, vel disrumpe pcīa odīj (astringe) idest) coniunge (fœdera pacis) idest contubernia superna pacis.

¶ Carmen est, quale illud primo dierum Canitur ad horas nocturnas die sabbato surgentibus nocte ad cantandum. Petit, vt ardentes igne spiritus sancti vitam æternam mereamur

SVmme Deus clementiæ
Mundiq; factor machinę
Vnus potentialiter,
Trinusq; personaliter.

¶ Materia huius hymni est cognitionē habere trinitatis in vnitate, & vnitatis in trinitate. Intendit etiam autor rogare deum, vt cingat lumbos nostros cingulo casti tatis (& adurat) .i, inflammet, vel repleat corda nostra igne spiritus sancti, vt casto corpore & mundo seruire deo mereamur. O deus clementiæ idest, altæ pietatis. & (o factor) idest, compositor (machinæ idest. structuræ mundi, tu dico (vnus potentialiter) idest, in potentia secundum diuinitatem: & (trinus personaliter) idest, trinus in personis.

Nostros pius cum canticis
Fletus benigne suscipe.
Quo corde puro sordibus
Te perfruamur largius

¶ Et tu pius) nominatiu⁹ pro vctō suscipe benigne (nostros fletus) i.lacrimas) cum canticis), i, cū hymnis, vel laudib⁹ (quo) pro vt fruamur te largius) idest, amplius. & hoc (corde puro) idest mundo (sordibus) idest, a vitijs purgatos.

Lumbos, iecurq; morbidum
Adure igne congruo,
accincti vt sint perpetim
Luxu remoto pessimo

¶ Adure, i. accende (igne congruo) i. spiritu sancto lūbos nostros (& iecur i.epar (morbidum) ad morbum & peccatum inclinatum. Et nota, q̄ hæc tria iecur, cerebrum & lumbi cogūt hominem peccare vt sint accincti) idest vt lumbi sint casti contra libidinem (perpetim) idest, semper (remoto pessimo luxu i idest, iniquo luxurie remota sit pessima luxuria, & aliæ vitia sint procul.

 Et quicq;

¶ Vt quicq;).i,quicunq;(concinendo),i, psallēdo(rumpimus),i,dū vigilamus. s, diuidimus horas noctium (omnes ditemur)idest, diuites efficiamur(affatim) i,abundanter (beatæ donis patriæ).i. beatitudine,scilicet,patriæ cœlestis.

Vt quicq; horas noctium
Nunc concinendo rūpimus
Donis beatæ patriæ
Ditemur omnes affatim,

¶ Carmen est quale illud Primo dierum, Canitur ad laudes matutinas die sabbato facta mentione lucis aduentantis Petit illustrari diuina luce,vt fruamur cognitione Dei post mortem.

¶ Hymnus iste continuatur superiori, ita nos rūpimus horas noctiū, vt nos omnes ditemur .i, diuites simus in christo: & (ecce aurora) i christus(iā spargit polum).i.illuminat corda hominū, Hortatur etiam nos,vt taliter nos habeamus in hoc sæculo, vel in mane ,vt ad illud vltimum mane venire possimus,& audire mereamur.s Venite benedicti pr̄is mei,&c.Nam finito mūdi termino,pctōres perpetuæ tenebris obscuritatis tradētur. Fidelibus vero & iustis qui in hac vita non sunt in nocte,sed in luce:gloria & præmium) effluet.i. abundanter clarescet,& hoc est quod precamur. Aurora)idest,Christus(spargit polum).i.illuminat mētes,vel ecclēsiā & (dies illabitur) i.immergitur terris,& (spiculū).i.pulchritudo:vel aspectus (lucis)idest,claritatis:resultat,& ideo(om̄e lubricum).i.omne peccatum(discedat),s.a nobis.

AVrora iā spargit polū
Terris,dies illabitur,
Lucis resultat spiculum
Discedat omne lubricum

¶ Phantasma),i,phātasia, vel deceptio (noctis).i.diaboli (decidat) ,i, cadat, vel ruat(reatus)idest culpa mētis (subruat)idest,cadat a nobis) & quicquid horridū) i.deforme culpæ(nox) idest, diabolus vel nocturna cogitatio (attulit)s.nobis(intenebris cadat) a nobis.

Phātasma noctis decidat
Mentis reatus subruat,
Quicquid tenebris horridū
Nox attulit culpæ,cadat,

¶ Vt mane illud vltimum .i. iudicium futurum(vel claritas).i. aduentus christi,quod mane(cernui).i,inclinati (præstolamur).i.speramus , vel spectamus effluat).i.eueniat nobis in lucem (dum hæc) idest, nox concrepat)idest, resonat(canore)idest,cantu,vel laude.

Vt mane illud vltimum
Quod præstolamur cernui,
In lucem nobis effluat.
Dū hoc canore concrepat.

¶ Carmen est, quale illud Primo dierum .Canitur ad horas vespertinas die sabbat oquia iam Sol tendit ad occasum. Petit diuino lumine illustrari: hortaturque Deum omni tempore laudare.

O Lux beata trinitas
Et principalis vnitas
Iam Sol recedit igneus
Infunde lumen cordibus,

¶ In hoc hymno materia sumitur circa qualitatem tēporis die recedente, & nocte adueniente. Intendit inuocare trinum Deum in personis & trinitatem in vnitate, vt fundat in cordibus nostris lumē spiritus sancti, vt supplices laudare mereamur Deum, scilicet, in prosperis & in aduersis, & ita concedat nobis transire diem & noctem sine peccato, & sine impedimento Sathanæ, & hoc est O beata trinitas), i. o Deus (lux) scilicet hominum, vel mundi, vel angelorum: & (vnitas principalis) idest, quia habet principatum super angelos, (sol) idest, Christus igneus recedit a nobis iam, & ideo infunde lumen idest. Spiritum sanctū cordibus nostris) idest, in nostris sensibus, vt illud habere mereamur.

Te mane laudum carmine,
Te deprecemur vesperi
Te nostra supplex gloria
Per cuncta laudet sæcula

¶ Dico in funde spiritum sanctum vt de precemur te, vt adiuues nos in principio, vel (mane) idest, tempore matutino laudum carmine (sero mane, meridie, & tota die debemus laudare Deum & orare per singulas horas, scilicet cotidie, & in omnibus horis, & in omni tempore. Vnde ait propheta. Vespere, & mane, meridie. &c. (te de precemur vesperi) idest, in fine mūdi (nostra supplex) idest, humilis gloria (laudet te per cuncta secula, idest, per omnia sæcula, & hoc perpetue, idest, sine fine

¶ Carmen est dimetrum iābicum magna ex parte cacometrum. Canitur aduentus tempore, itaq; & in carnationis Christi, & vtriusq; aduentus illius mentionem facit

COnditor alme syderū
Aeterna lux credētium.
Christe redemptor omniū,
Exaudi preces supplicum

¶ Materia huius hymni est de aduentu Christi: & de incarnatione eiusdem. quia Deus descēdens de cælo se ex inaniuit formam serui accipiens, & humiliauit se vsque ad mortem: & qualiter egressus est de honestisima clausula virginis, tanquam sponsus de thalamo suo cui sponte omnia obediunt, scilicet cælestia, terrestria, & infernalia. Intendit etiam rogare Deum, vt per hanc incarnationem nostras preces exaudire dignetur: & a sagitta diaboli liberare. O cōditor) qui est compositor alme syderum) idest, stellarum: o (æterna lux credentium) i, christianorum fidelium: o (Christe redemptor omnium) scilicet, hominum (exaudi præces supplicum) idest, humilium, tibi suplicantium

Qui condolens interitu
Mortis perire sæculum
Saluasti mundū languidum
Donans reis remedium.

¶ Qui condolēs) i. nobiscū dolens, vel cōpatiens (sæculū) i, sæculares perire interitu mortis .i. pœna infernali) saluasti) idest, liberasti de potestate diaboli (mundū lāguidum) idest, languentē in pctis (donans remediū) i. redēptionem tui sanguinis (reis) idest, peccatoribus.

Vergente mundi vespere
Vt sponsus de thalamo,
Egressus honestissima
Virginis matris clausula

¶ Vergēte mūdi vespere: idest, appropinquante, vel declinante fine mundi, & sic egressus supple (vti) pro sicut spōsus egreditur de thalamo (egressus inquam (de hoñstissima) idest, castissima (clausula) idest, claustro virginis Mariæ matris tuæ.

Cuius forti potentiæ
Genu curuantur omnia
Cælestia, terrestria
Nutu fatentur subdita

¶ Et ideo quia egressus es, vel quia saluasti mundum (forti potentiæ cuius). i. Christi (omnia curuantur genu). i. laudandando ipsum (cælestia) idest, angeli (terræstria) idest, homines (fatentur subdita) idest, confitentur illi subiecta esse (nutu) idest, sponte scilicet, ad tuam voluntatem & quia obediūt nostro saluatori, & omnia clamant. Deus me fecit, ideo te depræcamur.

Te deprecamur agie,
Venture iudex sæculi,
Conserua nos in tempore
Hostis a telo perfidi

¶ Ergo quia ita est: & depræcamur te: o agie) idest, sancte christe (venture iudex sæculi). i. ad iuditium (cōserua nos in tēpore) i in hac vita (a telo hostis pfidi). i. a suggestione diaboli, quæ sagitta dicit

Laus, honor, virtus, gloria
Deo patri, & filio
Sancto simul paracleto
In sempiterna sæcula Amē

¶ Et quia deus misit filium suum Christum vt nos redimeret, referamus gratias ei, laus, honor, virtus: gloria, Deo patri & filio, sancto simul (paracleto) idest consolatori (in sempiterna sæcula) idest, sine fine, Amen.

¶ Carmen est quale illud Primo dierum, Canitur tēpore aduētus Christi, itaq; cōmemōrata illius æterna generatione primi aduēt⁹ in quo carnem assumpsit, & secundi (quo vēturus est) meminit.

VErbū supernū prodiens
A patre olim exiens
Qui natus orbi subuenis
Cursu decliui temporis

¶ Carmen est quale illud primo dicrum. Canitur a principio quadragessimalis ieiunij. Commemorata ieiunij ratione mul tipliciter Dei misericordiam atque peccatorū veniā implorat

Ex more docti mystico
Seruemus hoc ieiunium
Deno dierum circulo
Ductū quater notissimo.

¶ Materia huius hymni est commendatio ieiunij, & hortatur nos ieiunare, & deo seruire hoc tpe ieiunij in orationibus, & bonis opibus plusquā alijs diebus, ut inde habeamus vitam æternam O fratres (seruemus hoc ieiunium) in quo modo sumus. s. caste, & honeste, nos (docti) idest, instructi (ex more) id est: ex consuetudi ne (mystico) id est, figurato, ieiunium dico (ductum notissimo circulo) idest, reuolutione (quater deno dierum) id est, per quadraginta dies, vel ducto, scilicet circulo.

Lex & prophetæ primitus.
Hoc prætulerūt postmodū
Christus sacrauit Omnium
Rex atque factor temporum

¶ Lex data per Moysen, & prophetæ. s. Heliae, & alij pretulerunt hoc ieiuniū, & christus sacrauit illum (postmodū) idest, postea, quia per quadraginta dies donans nobis exemplum, vt tempore ieiunij valeamus redimere totius anni deperdita tēpora per opera nostra praua ieiunando per quadraginta dies a malis abstinendo. Et bene debemus ieiunare, quia prophetæ ieiunauerunt, & christus rex, & factor omnium consecrauit illud ieiunium.

Vtamur ergo parcius
Verbis, cibis, & potibus
Sōno, iocis; & arctius
Perstemus in custodia

¶ Et quia prophetæ, & postea christus cōseruauit hoc ieiunium (vtamur ergo parcius) i. temperantius, quā in alijs diebus (verbis) scilicet, malis (& cibis & potibus idest, a superfluitate comestionis, & ebrietate abstineamus, quia mediante crapula in peccatis labimur. & venter mero æstuans de facili spumescit in libidinē, & non solum in istis vtamur parcius, sed etiam (iocis) . s. illicitis, & somno id est, dormitione, & arctius i. strictius, perstemus, id est, perseueremus in custodia animæ nostræ.

Vitemus autem pessima
Quæ subruūt mētes vagas
Nullumque demus callido
Hosti locum tyrannidis.

¶ Dico, quod relictis vitiis perstem° in custodia virtutū: & vitemus) i. est. abijciamus a nobis (pessima) idest. peccata. vel praua opera. quæ subruunt mentes vagas). i. aggrauant: (q.) pro & (non demus vllum locum). i. vllam causam nocendi tyrannidis. i peccati. vel crudelitati callido hosti. i. diabolo

Dicamus omnes cernui,
Clamemus atque singuli
Ploremus ante iudicem
Flectamus iram vindicem.

¶ In hoc hymno hortatur nos autor vt rogemus deum precibus. & lacrhymis, vt ipse auertat nobis suam iram, & remittat nobis delicta nostra. Nos (omnes cernui id est, inclinati. & humiles (dicamus) idest confiteamur scilicet

peccata nostra & singuli .i. quilibet nostrum clamemus, vociferemur pro venia, & ploremus .i. defleamus. s. peccata nostra ante iudicem. i. Christum, qui est futurus iudex, iudicare viuos & mortuos, & sæculum per ignem, & quare dico, quod clamemus: i. vt flectamus iram vindicem, i. iracundiam vindicantem, & vindictam accipientem de comissis peccatis.

Nostris malis offendimus,
Tuam deus clementiam,
Effunde nobis de super.
Remissor indulgentiam.

¶ O deus nos offendimus id est, irritauimus tuam clementiam idest tuam benignitatem nostris malis .i. carnalibus operibus, q quia tu pius & misericors es, & dixisti, Nolo mortem peccatorū sed vitam, & vt conuertantur & viuāt per cordis compunctionem. O remissor).i. condonator delictorum (effunde id est, emitte nobis (desuper) id est, de superno solio (indulgentiam) scilicet peccatorum.

Memento, q sumus tui
Licet caduci plasmatis,
Ne des honorem nominis
Tui, precamur, alteri.

¶ Et mittere debes de cælo nobis veniam, quia nos redemisti sanguine tuo, & ideo memento. O domine, quia tui sumus redempti (licet) pro quamuis caduci plasmatis) id est, fragilis naturæ quia de limo terræ, & precamur te domine (ne tu des.) id est, permittas (alteri) idest, inimico humani generis (honorem nominis tui) sed nos, quia nomine tuo christiani vocati sumus.

Laxa malum, quod gessimus
Auge bonū, quod poscimus
Placere, quo tandem tibi
Possimus hic, & perpetim.

¶ Et quia alter non debet occupare honorem tui nominis, rogamus te (laxa) id est, dimitte nobis (malum) .i. peccatū (quod gessimus), i. quod male perpetrauimus, & (auge) .i. augmenta bonum, quod poscimus a te (quo) pro vt (possimus) id est, valeamus placere tibi tandem) id est, hic in præsenti. i. in conspectu tuo. & perpetim) id est perenniter.

¶ Carmen est quale illud Primo dictum. Canitur in quadragessimali ieiunio a dominica in passione. Commemorata Christi passione, crucem maximis laudibus prosequitur

VExilla regis prodeunt,
Fulget crucis mysteriū.
Quo carne carnis conditor
Suspensus est patibulo.

¶ Materia huius hymni est talis, vt dicit beatus Ambrosius. Passio domini venit & quia venit, debemus de passione aliquid agere. Et quia debemus de passione aliquid dicere, ergo dicamus (vexilla regis) Vexilla dñi sunt ista. Baptismus de quo ipse dicit Nisi quis renatus fuerit. &c. Item vexilla sunt corpus & sanguis eius. Vnde ipse dicit. Nisi manducaueritis carnem filij hominis. &c. Construe vexilla). i signa regis). i. Christi (prodeunt), i. apparent (mysterium) idest, sacrificium scilicet, passio Christi crucis fulget, quia ex pugnabit diabolum, quo mysterio (conditor) i. creator carnis, suspensus est patibulo, & hoc (carne) idest, pro humano genere, vel in carne sua, propria.

Ego dixi

Confixa clauis viscera.
Tendens manus vestigia,
Redemptionis gratia,
Hic immolata est hostia.

¶Ego dixi. q Christus suspensus est in patibulo.i.cruce,& ideo Christus immolatus est hostia vel talis est litera.s. in ara crucis(gratia redemptionis)i.saluatio humani generis(tendens i,ex tendens(manus)scilicet,suas in cruce:& tēdens(vestigia)sanguinis ipsius:& per hoc notat: quod sanguis fluxerat per totū corpus ipsius.tendens dico viscera numerabilia,quia in tantum fuit extēs⁹ Christus in cruce quod omnia membra ipsius poterant numerari cōfixa i. perforata clauis. Claui enim sunt positi in manibus suis & pedibus,& lancea in latere,& inde exiuit sanguis & aqua. Ex inde dico manauit sanguis redemptionis, & aqua baptismatis,ex quibus nos Christiani regeneramur in fonte & in sacro baptismate.

Quo vulneratus insuper
Mucrone diræ lanceæ
Vt nos lauaret crimine
Manauit vnda sanguine.

¶Ecce mysterium crucis fulget per totum mundum ,quia per crucem habemus altare,per corpus Christi hostiam per sanguinem vinum,& per sudorem aquam,ex quibus sacrificium facimus singulariter,quia ex immolatione crucis sibi fit altare, & ideo per crucem habemus altare, in quo sacrificamus (quo)id est:in quo patibulo (vulneratus insuper)scilicet, super clauos mucrone id est:acumine(lanceæ diræ)id est, crudelis,& ad quid? ad hoc scilicet (vt nos lauaret crimine)id est, a peccato(vnda)idest, aqua(manauit)id est,perfluxit cum sanguine.

Impleta sunt,quæ concinit
Dauid fidelis carmine,
Dicendo nationibus
Regnauit a ligno deus,

¶Et eo tempore perpetrata sunt, quæ scripta sunt de Christo per prophetas. Vnde ipse sumens acetum in cruce cum spongia,dixit,Consumatum est:(quæ Dauid concinit.i. pphetauit fideli carmine scilicet,in Psalterio , sunt impleta ista dicendo nationibus id est , gentibus diuersis. Deus regnauit a ligno id est:a passione surrexit

Arbor decora,fulgida
Ornata regis purpura,
Electa digno stipite
Tam sancta mēbra tāgere.

¶Et quia pependit in cruce possumus proferre vocem admirationis O quantum fuit ornata (arbor decora) .i. pulchra fulgior ,i. splendida ornata .i. decora purpura regis .i,purpureis membris Christi. arbor dico electa tangere id est, sustinere tan sancta membra digno stipite.i.sancto trunco.

Beata cuius brachijs
Præcium pependit sæculi
Statera facta corporis
Prædamq; tulit tartaris

¶Vere beata fuit arbor : vel crux , in qua pependit pretium seculi id est : mūdi.s.Christus(brachijs .i. cornibus cui⁹ scilicet crucis præcium seculi) idest generis humani pependit:arbor dico statera.i.libera corporis Christi tulit prædam tartaris nam descendens dominus de cruce ad tartara ,nullum de suis sibi reliquit.In hoc loco sermo dirigitur. ad crucem.

O crux aue spes vnica,
Hoc passionis tempore:
Auge pijs iustitiam,
Reisqꝫ dona veniam.

Te summa Deus Trinitas.
Collaudet omnis spiritus:
Quos per crucis mysteriũ
Saluas rege p̄ secula. Amen.

¶ Et quia est statera facta. O crux aue) id est salue, tu dico vnica esps nostra (auge) id est, multiplica (iusticiam pijs) id est pietatem habentibus hoc tempore passionis, & (dona veniam) id est remissionẽ peccatorũ (reis) .i. pijs peccatoribus. ¶ Et quia nos redemisti tuo sanguine, ideo O summa Trinitas Deus omnipotens oĩs spiritus collaudet te, & (quos) scilicet homines (per mysterium crucis) id est, per passionem (saluas) .i. liberas (rege per sæcula) scilicet cuncta Amen.

¶ Carmen est, sapphicum trochaicum constans trochæis in locis imparibus, in locis vero paribus trochæo vel spondæo, est catalecticum, id est, vna syllaba deficens. Canitur in quadragesimali ieiunio a Dominica in passione. Narrat quemadmodum pro redemptione generis hummani Christus natus, atqꝫ passus est.

PAnge lingua gloriosi prælium certaminis,
Et super crucis trophæum dic triumphum nobilem.
Qualiter redemptor orbis immolatus vicerit.

¶ Hymnus iste continuatur superiori, dixerat enim q̄ dñs positus fuit in cruce, & latus eius perforatũ, & sic depcamur eũ q̄ sicut mortuus .i. sicut corpus, q̄d assumpsit in virgine, & in cruce mortificari passus est pro nr̃a redẽptione, & ad inferna descendit: cũ diabolo pugnauit: & eũ superauit, sic faciat nos vincere cuncta nobis aduersantia .i. diabolum, mundũ, & concupiscentiã eius & domesticũ inimicũ .s. carnem, de qua dr̃. Quanto familiaris est pestis, tanto periculo sior. O lingua pãge .i. mani festa (prælium certaminis gloriosi id est victoriã, quã Christus obtinuit moriẽdo secũdũ carnẽ quando vicit mortẽ morte sua vñ ipse ait, O mors ero mors tua. &c. (& super trophæũ scilicet de victoria crucis (dic triumphum nobilem, de inimicis fugatis (qualiter redmptpor) .i. liberator (orbis) .i. totius mundi (imolatus) in ara crucis (vicerit) .i. vicit diabolum. Et nota q̄ ante passionem Christi diabolus duas manus .i. duas potestates .s. in corpore & anima hominis habuit, quia quosdã in corpore & anima, quosdam tantum in anima post mortem trahebat ad se. Sed modo post passionem, vnã habet .s. de duabus potestatibus amisit vnã.

De parentis protoplausti fraudẽ facta cõdolẽs,
Quando pomi noxialis morte morsu corruit
Ipse lignũ tunc notauit, dãna ligni vt solueret.

¶ In hoc loco apostrophat ad se autor, si aliquis forte diceret, quare fuit immolatus re

pondes sic,quia condoluit de deceptione primi parentis.s.Adæ,Christus(cō dolens de lacta fraude parentis)nostri Adæ(protoplasti),i. primo formati (quando corruit)primus parens morte)i.in mortem,& hoc morsu vetito po mi noxialis.i.nociui ipse Christus tunc notauit idest,præordinando significa- uit lignum crucis(vt solueret .i. recuperaret (danna ligni)scilicet,quæ vene rant per lignum,id est,pomum vetitum.

¶ Benedico ꝙ Christus tunc notauit lignum vt solueret dāna ligni, q̄a nullo alio modo pote- ramus recuperari & hoc aggreditur dicere

Hoc opus nostræ salutis ordo depoposcerat,
Multiformis proditoris ars vt artē falleret
Et medelā ferret inde,hostis vnde læserat.

Ordo salutis nostræ depoposcerat hoc opus.s.vt Deus carnē sumeret:& pa- tibulū crucis subiret,& per lignū dāna ligni soluerentur(vt ars).i.Deus,qui est artifex omnium rerum(falleret).i. destrueret artē multi formis proditoris .i,diaboli,& Christus(ferret medelā).i. salutē omniū gentiū(inde).i.ex illa re s. a ligno(vnde ,i.de quo ligno(hostis)id est,diabolus(læserat id est,nocuerat

¶ Ergo quādo).i,post- quam(plenitudo tēpo ris).i,quando vltima ę tas venit,i vt Deus sa- crificaret filium(condi tor orbis),i.Christ⁹ na

Quādo venit ergo sacri plenitudo temporis
Missus est ab arce patris nat⁹ orbis cōditor
Atq; ventre virginali caro factus prodijt.

tus (missus ab arce patris).s.in mundū(atq; factus caro(vel carnalis(prodijt id est,exijt de vētre virginali. Et nota:q; sicut flos sine macula pulcher & o- lens ac suauis nascitur,ita Christus sine semine & sine crimine de vtero vir- ginis Mariæ prodijt.

¶ Infans)id est, Christ⁹ (positus inter arcta).i. angusta p̄sepia(vagit) i.plangit. Et nota,ꝙ va gire est proprium pue-

Vagit infans inter arcta positus præsepia
Mēbra pannis inuoluta virgo mr̄ alligat,
Et man⁹,pedesq;,crura stricta cingit fascia

rorum: Virgo Maria mater sua alligat membra sua inuoluta pannis & fascia) id est vitta.splenio,siue lemnisco cingit pedes,manus & crura stricta.

¶ Gloria & honor deo sit vsquequo imo vsq; quoque, id est. semper (altissimo).i.æqualiter patri & filio(inclyto)i. glorioso(paracleto) . i.

Gloria & honor Deo vsquequo altissimo,
Vna patri filioq;,inclyto paracleto
Cui laus est & potestas p̄ æterna scl'a. Amē.

spiritui sancto(sit laus & gloria)similiter æqualis gloria,coæterna maiestas: & tribus personis & vni deo,cui laus & potestas est per æterna sæcula.Amē

¶ Carmen est simile superiori. Canitur tempore ieiunij Dominico in passione. Commemoratā Christi pas- sione, conuertit ad laudes crucis, in qua passus est.

Lustra

Lustra sex qui iam peracta, tempus implens corporis,
Se volente natus ad hoc passioni deditus,
Agnus in cruce leuatur, immolandus stipite.

¶ Nota q lustrum dicitur spatium quinq annorum: & dicitur a lustrando eo q Romani lustrabāt per spatiū quinq annorū totum Romā, & nos similiter per quinq ætates debemus lustrare totā Romā, scilicet sanctam ecclesiā vincentē inimicos. Hymnus iste sic continuatur. Christus carnaliter erat triginta annorū cum esset deditus passioni lustra sex. &c. Et nota q accusatiui, vel ablatiui possunt ibi legi Ablatiui sic leguntur: Christus qui est implēs tempus) idest, ætatē (corporis) scilicet humani sex lustris iam peractis: & textus potest habere lustris sex iā peractis Frequentius tamen est vt accusatiui ibi legantur sic Christus (qui est implens tempus) i. ætatem corporis humani scilicet, per sex lustra iam peracta natus (se volente) i. spōte natus (ad hoc) vt pateretur (agnus) i. Christ⁹ sine macula (dedit⁹ passioni (leuatur in cruce) a Iudæis (immolandus) i. sacrificandus (stipite) i. ligno. ¶ ANTO. Agnus in cruce leuatur, immo Agnus in crucis leuatur, & est ordo. Agnus leuatur immolandus in stipite crucis & hoc ex ratione carnis & orationis contextu: neque legi potest sex lustris: quia non staret versus.

Hic acetum, fel, arundo, sputa, claui, lancea.
Mite corpus perforatur, sanguis, vnda profluit:
Terra, pontus, astra, mundus, quo lauantur flumine.

¶ Hic) idest, in cruce dederunt ei fel & acetum (vel fel mixtum aceto (& arūdo) idest, alia nus traditur ei in signum derisionis pro sceptro, & præter hec (sputa adhibita sunt ei (corpus mite) idest, (suaue) perforatur) clauis & lancea). & inde (sanguis & vnda) idest, aqua profluit) idest, exiuit de corpore ei⁹ (quo flumine idest, pro qua sanguinis effusione terra) idest, humiles (pontus) idest fluctantes vitio (astra) idest iusti (& mundus) i. mundani (lauātur idest, purgantur. Per aquam debemus intelligere baptismum: per sanguinem christi, & dicunt quidam q angeli boni purgati sunt de labe quam habuerunt de illis qui ceciderunt, vt lucifer & sui complices, & ideo dicit astra

Crux fidelis inter omnes arbor vna nobilis.
Nulla sylua talē pfert frōde, flore, germine
dulce lignū, dulces clauos, dulce pōd⁹ sustinet

¶ Et quia redemit nos in cruce leuatus oēs debemus clamare. O crux fidelis, inter omnes v: a). i. sola (nobilis quia (nulla sylua profert talē) arborē (frōde) i. protectione. flore) .i. decore (germine) i. fructu vel radice: vel (flore) i. Christo: qui vocatus est flos a prophetis, quia sicut flos pcedit sine fœditate vel aliqua putredine: ita Christus ex vtero virginis processit sine aliquo peccato (dulce lignū) s. crucis fuit illud quod sustinet dulces clauos, quibus Christus affixus est, & dulce quoque lignum illud est quod sustinet (dulce pondus) idest, Christum..

Flecte ramos arbor alta, tensa laxa viscera:
Et rigor lentescat ille, quē dedit natiuitas
Vt superni mēbra regis mitti tendas stipite

¶ Et pretium mundi pependit in te, ideo O arbor alta flecte) id est, humilia (ramos) i. brachia crucis, &

cis: & (laxa). i. relaxa viscera chri (tensa) i. extensa in te: & (ille rigor). i. duritia (lentescat) i. molescat, quam frigorem (natiuitas . i. natura dedit tibi vt tendas stipite). i. in cruce) mitti). i. humili (membra superni regis) id est, christi.

ℭSola digna tu fuisti ferre saecli praecium.
Atque portum preparare nauta mūdo naufrago
Quē sacer cruor perunxit, fusus agni corpore.

ℭTu sola fuisti digna ferre precium saecli) . i. sustinere illū qui fuit appretiatus triginta argenteis (atque praeparare portum quasi nauta mūdo naufrago: id est, periclitanti, idest, omnibus periclitantibus quem) mundum (sacer cruor id est), sanguis (perunxit) idest mundauit, ille sanguis dico:) fusus corpore agni) , id est christi: qui tanquam agnus ductus est ad occisionem.

ℭMetrū est iābicū, autor Ambrosius. Cātatur tempori paschali.

CHorus nouae Hierusalē
Noua melos dulcedine
Promat colēs cum sobrijs
Paschale festum gaudijs.

ℭ Materia huius hymni est inuitare nos ad laudem festi paschalis cum militauerimus contra diabolum, dicit enim, chorus nouę, &c. Notandū, est quod primo vocabatur illa ciuitas Iebus secundo Iebusalem, tertio Salem, quarto Hierusalem, per quod significatur multiplex hominis status, Iebus enim interpretatur coculcatio, & hoc est quando, aliquis in adolescentia in confusus efficitur Iebusalem interpretatur pax, conculcationis, & hoc est quando aliquis habitat, & delectatur in praedictis. Salem interpraetatur. Pax: hoc est quando aliquis reuersus est a vitijs. Hierusalē interpretatur visio pacis, & hoc est quando aliquis fruetur celesti gaudio. Vnde hoc nomē Hierusalem quatuor modis accipitur ad literam. Hierusalē est illa ciuitas Palestinae. Anagogice. Hierusalem est ecclesia triūphans. s. chorus caelestis patriae. In hoc loco accipitur sic (Chorus nouae Hierusalem). i. nouae animae. s. cuius libet hoīs bene innouati & purgati a vitijs (pmat melos noua dulcedine). i. dulce . Melos dare a meli: quia sicut mel fit ex diuersis generibus rerum Ita & melos, est quod fit ex diuersis notulis vocum: vnde Cantate dn̄o canticum nouū. Mel dicitur amiscendo Vnde prohibebatur in lege, q nemo in sacrificio poneret mel: sed semper sal Mel enim fit ex diuersis generibus rerum. Homo non debet esse diuersus sed vni formis in bono. Vnde vinū & siceram non bibet, etiā sumitur hic vinum in mala significatione. Vinum fit ex vno genere rerum, illi bibunt, qui tale quid faciunt semperque nulli sit reprehēsibile. Sicera fit ex diuersis generibus rerum: quae duo mixta vnum corrumpit aliud, vt de ceruisia, aut granum corrupit aquam, aut aqua granum . Ille ergo bibit siceram, qui facit aliquid, quod videtur de genere bonorum: cum non sit: chorus dico (colens festum paschale: cum gaudijs sobrijs) quod conuenit ad corpus. Vnde sobrie iuste & pie viuamus in hoc saeculo, iuste, quo ad proximum pie, quo ad Deum, sobrie, quo ad nosmet ipsos.

Quod Christus inuictus leo
Dracone surgens obruto,
Dum voce viua personat,
A morte functos excitat.

¶ Quo) scilicet festo paschali (Christus inuictus Leo) vt narrat physiologus, sicut Leo rugitu suo resuscitat catulum post triduum, Ita pater filium, quare dictus est Leo, ille dico: surgens dracone) id est diabolo (obruto) id est, lapso: imo terra

terra obuoluto, cōculcato, & in tenebris profligato (dū viua voce personat) vt genus viperarum. Vnde docuit nos fugere a ventura ira, vel generaliter potest legi de angelis. qui viua voce resuscitabunt mortuos ad iudicium (excitat functos a morte) secundum primam literam (a morte. id est, a mortali peccato, secundum aliam literam (a morte) quam omnis homo habebit

Quam deuorat improbus,
Prædam refudit, tartarus,
Captiuitate libera
Iesum sequuntur agmina.

¶ Ipse. s. Deus (refudit) retro fudit, vel reddidit prædam quam (tartarus) i. infernus (improbus). i. insatiabilis (deuorarat). i. ad se traxerat: captiuitate libera (agmina) s. animæ sanctorum sequūtur te Iesum, vnde illud, quocunque pergis. &c.

Ipsum canendo supplices
Regem precemur milites
Vt in suo clarissimo
Nos ordinet palatio.

¶ Nos supplices) i. humiles (precemur ipsum regem) i. Christum nos dico milites, precemur inquam Christū cum prece & laudibꝰ, vt ordinet nos in suo clarissimo palatio) i. in cœlo inter sanctos. Vnde in Euangelio, in domo patris mei mansiones multæ sunt

Per sæcla mente nescia
Patri supremo gloria,
Honorq; sit, & filio,
Et Spiritu paracleto. Amen.

¶ Gloria sit patri supremo) i. excelso (per sæcla) i. per secula, & est ibi syncopa, gloria dico (nescia mente (cōprehēsibilis possibilitate humana. Vnde deꝰ regnauit in æternum & vltra & honor sit ei) s. patri cum filio & Spiritui Paracleto, id est, aduocato: imo per secla nescia mente i. infinita.

¶ Carmen est, dimetrum iambicum cacometrum. Canitur tempore Paschalis resurrectionis Commemorat beneficia, quæ ex Christi passione atq; resurrectione accepimus.

REx æterne domine,
Rerum creator omnium
Qui es & ante sæcula,
Semper cum patre filius.

¶ Omnes isti hymni habent vnam materiam, & vnam intentionem. quia de passione christi & de resurrectione tractāt, ostendit, q sicut mortuus est propter delicta nostra, sic & resurrexit propter iustitiam & iustificationē nostram & contulit nobis verum Pascha. i. trāsitum de terra ad cœlum, de inferno ad paradisum. Item rogat, vt sua resurrectio sit nostra redēptio, & in paschali tempore vel gaudio. i. in die iudicij, defendat nos a periculo mortis, id est damnatione. Vel materia huius hymni est, vt Deum deprecemur, vt sicut ille plasmauit Adam, & accepit corporis eius formam, vt nos redimeret a potestate Diaboli, & īngeret nos Deo patri, ita liberet nos ab omni delicto in hoc Paschali gaudio. (O domine æterne rex) quia in omni tēpore es Rex regum, tu dico, creator omnium, scilicet rerum, & qui semper es filius cum patre ante sæcula, id est, ante mundi constructionem.

¶ Qui plasmasti).i.formasti de nihilo (hominē Adā in primordio).i. in principio mūdi (cui.s.Adæ (dedisti vultū similē (i. mente similem per rationē (tuæ imagini i.tuæ formæ, Vnde in Genesi, Formauit Deus hominem ad similitudinem suam.
¶ Quē.s.Adā (diabolus (hostis).i. insidiator humani generis, vel (hostis) quia nos in Adā deceperat, ideo tu formā Adæ (dignatus es assūmere (vt sic in humana forma nos redemires (cuius).s.Adæ dignatus es assūmere corporis formam.
¶ Dico q̄ dignatus es formam serui tui accipere ad hoc vt redimeres hominē scilicet Adam, & alios, quem hominē iam ante plasmaueras. & nos redimendo coniungeres Deo patri. (per contubernium) i. per vnionem vel per habitaculum, vel per coniunctionē (carnis) i. humanitatis.
¶ Quem editum id est, natum ex virgine Maria (omnis anima).i. Spiritus rationalis pauescit).i. miratur, per quem credimus resurgere nos, dum veneris iudicare viuos & mortuos, deuota mente.
¶ O tu Christe, qui donasti nobis).s.omnibus credentibus pie, & qui (donasti indulgentiam) originalis peccati, id est, remissionem per baptismum, qui tenebamur ligati vinculis conscientiæ.
¶ Qui dignatus es suscipere crucē).i.passionem crucis propter hominē & dedisti tuū sanguinem præcium nostræ salutis) quia cum sanguine tuo emisti nos & redemisti.
¶ Et quia tot & tāta fecisti, & quod nos a morte liberasti, ideo (o autor omnium rerum quæsumus).i.rogamus te (in hoc paschali gaudio). i.in tua resurrectione: (defende) id est, protege populum tuum a morte æterna, iam redemptum (ab omni mortis impetu) id est, ab omni periculo, ne de nuo in mortem corruamus.

Qui mundi primordio,
Adam plasmasti hominē
Cui tuæ imagini
Vultum dedisti similem.

Quem diabolus deceperat
Hostis humani generis,
Cuius tu formam corporis
Assumere dignatus es,

Vt hominem redimeres,
Quē ante iā plasmaueras,
Et nos Deo coniungeres
Per carnis contubernium.

Quem editum ex virgine
Pauescit omnis anima,
Per quem & nos resurgere
Deuota mente credimus.
Qui nobis per baptismum
Donasti indulgentiam,
Qui tenebramur vinculis
Ligati conscientiæ.

Qui crucē propter hominē
Suscipere dignatus es,
Dedisti tuum sanguinem
Nostræ salutis prætium.
Quæsumus autor omnium
In hoc paschali gaudio,
Ab omni mortis impetu,
Tuum defende populum.

¶ Carmen est dimetrum iambicum cacometrum. Canitur tempore paschalis resurrectionis. Commemoratis cu ñijs, quæ in resurrectione Christi cōtigerūt, petit corda nostra ab illo Possideri.

Aurora

Aurora lucis rutilat,
Cælū laudib⁹ intonat
Mūdus exultans iubilat.
Gemens in fernus vlulat.

¶ Materia huius hymni est laudare Deū & extipare vitia, & adherere virtutib⁹. Et nota ꝙ Eclesia dr̄ aurora, quia sicut aurora expellit tenebras ita ecclesia poenitus ex tirpat vitia & peccata Aurora dei, quia Christ⁹ resurrexit, celestes creaturæ intonant laudibus & homines exultantes laudant & diabolus vlulat & gemit. Expone ergo sic. Aurora lucis rulitat) id est, quando aurora pullulat, & incipit diescere (cælum id est, celestis creatura (in tonat) id est, resonat laudibus (mundus exultās iubilat) id est homines credentes in Deum cantāt: & infernus gemens). i. Diabolus (vlulat. i. plangit: quia dolet in amissione eorum: quos tenebat mortuos. s. Adā & alios, quos secū Deus traxit ad requiē

Cum Rex ille fortissimus,
Mortis confractis viribus,
Pede concu'ans tartara
Soluit a pœna miseros.

¶ Dico, ꝙ cælum tunc intonat laudibus (cum rex ille fortissimus) id est, Christus (conculcās pede). i. pietate sua (tartara) i. diabolum (soluit). i. liberauit (miseros homines a pœna diaboli, & hoc (confractis viribus mortis). i. diaboli

Ille, qui clausus lapide
Custoditur sub milite,
Triumphās Pōpa nobili
Victor surgit de funere

¶ Vere fractis viribus mortis. i. diaboli soluit a pœna miseros hoīes: quia (ille clausus lapide) i. monumento (custoditur. i. vigilatur (sub milite) i. sub militibus: singulari ꝓ plurali ꝑ synecdochē, qui triūphans). i. vicēs (pōpa nobili) i. victoria, quia tunc animas ab inferis extraxit (surgit id est, se sursum erexit (de funere (idest de morte (victor) i. triumphator.

Solūtis iam gemitibus
Et inferni doloribus,
Qod surrexit Dominus:
Resplendes clamat āgelus.

¶ Accipe de ꝑdicto versu, Christus erat victor (solutis iam gemitibus & inferni doloribus angelus resplendēs). i. valde nitens (clamat) dicens mulieribus. Ite dicite Discipulis eius & Petro: quia surrexit dominus.

Tristes erat Apostoli
De nece sui domini,
Quem pena mortis crūdeli
Serui damnarāt impij

¶ Ita dixerunt angeli mulieribus, (quia apostoli erant tristes de nece. i. de morte sui (domini: quem) dominum serui impij i. Iudei damnarant) i. damnauerant (crudeli pœna mortis

Sermone blando angelus
Prædixit mulieribus
In galilæa Dominus
Videndus est quātocyus

¶ Et quia Apostoli erant tristes de nece sui domini, ideo (angelus prædixit mulieribus blando sermone, Dominus videndus est in Galilea) scilet, a vobis (quamtocyus (idest subito.

Illæ dum pergunt concitæ
Apostolis hoc dicere,
Videntes eum viuere
Osculantur pedes dn̄i.

¶ Illæ mulieres dum pergunt concitæ (id est, solicitæ, dicere hoc Apostolis (videntes eum viuere) scilicet, Christum (osculātur pedes Domini id est, locum vbi perfoderant eum perfidi iudæi

¶Quo agnito) i. quo audito quia surrexit dominus (Discipuli) .i. Apostoli (pergũt ꝑpere) i. festinantur, in galileã (videre faciem Dñi desideratã. s. ab eis ¶Sol) nitet) id est, splẽdet (radio) scilicet suo (mundo). i. claro (Paschali gaudio) quia hoc tempore resurrexit (cũ) id est, quando (Apostoli cernunt iam Christum visu corporeo.

Quo agnito. Discipuli.
In Galilæam propere,
Perguntvidere faciem.
Desideratam Domini,

Claro Paschali gaudio.
Sol mundo nitet radio.
Cum Christum iam apostoli.
Visu cernunt corporeo.

¶Dicimus ꝙ tũc apparuit discipulis. sed quidam illorũ. S. Thomas, cu abesset in apparitione, narrantibus alijs nõ credidit. Vnde Dominus ostendit ei sua vulnera, & ait, Noli esse incredulus sed fidelis. Et nota ꝙ quatuor de causis cicatrices vulnerum ostendit Dñs. s. vt esset signum victoriæ: vt deinceps de resurrectione non dubitarẽt: & non crederent eum phantasticũ corpus accepisse, aut vt esset ad patrem intercessor, Cõstructio. Ostensa vulnera). i. ostẽsis vulneribus (sibi). s. Apostolis (i. fulgida carne Christi) illi Apostoli. (fatentur). i. prædicant (voce publica. i. manifesta dominum resurrexisse.

Ostensa sibi vulnera.
In Christi carne fulgida.
Resurrexisse dominum.
Voce fatentur publica,

O Christe clementissime Rex tu possidẽ) id est, guberna (corda nostra) i mentes simul cũ corporibus vt reddamus). i. persoluamus (tibi) ad honorem tuũ (omni tẽpore) laudes tibi debitas.

Rex Christi clementissime
Tu corda nostra possidẽ.
Vt tibi laudes debitas
Reddamus omni tempore.

¶Carmen est dimetrum Iambicum cacometrum. Canitur in tempore Paschalis resurrectionis. Dicit quod Christus est nostrum verum pascha, facitq; memoriam passionis atque resurrectionis eius.

¶Materia huius hymni est, ꝙ nos inuitat author ad cœnã Agni illius qui tollit peccata mundi. s. ad accipiẽdum corpus & sanguinẽ Dñi: de quo dictã est. Qui sumit corpus Christi indigne, iudicium sibi manducat & bibit Qui vero digne, habet vitam æternã. Nos vero positi ad cœnã prouidi agni) id est, ad accipiendũ corpus & sanguinem Domini, vel ad vltimum præceptum christi, quia sicut post cœnam nullum restat prãdium, ita post nouum testamentum nullum restat præceptum. Ad cœnam Agnĩ prouidi). i. ad prãdium veri & sapientis Agni (et candidi, stolis albis). i. cum virtutibus (canamus Principi christo). i. laudemus eum de resurrectione (post transitum maris Rubri) i. post baptismum, vel post gloriam resurrectionis.

Ad cœnam agni prouidi
Et stolis albis candidi,
Post transitum maris rubri
Christo canamus principi

Cuius corpus sanctissimum
In ara crucis torridum,
Cruore eius roseo
Gustando viuimus Deo.

¶ Sāctissimum corpus cuius) scilicet chr̄i (torridum).i. crematum, quia passum in ara crucis (Gustando.i. suscipēdo eius roseo cruore viuimus deo (id est, diuine.

Protecti paschæ vespere,
A deuastante angelo
Erepti de durissimo
Pharaonis imperio.

¶ Dico, ꝙ viuimus deo (protecti).i. deffensi vel seruati (vespere Paschæ .i. in vltima ætate vel mysterio resurrectionis Christi, quod nocte Paschæ factum est (ab angelo deuastante).i. percutiente primo genita ægypti (erepti) i. liberati (de durissimo imperio Pharaonis) id est, diaboli.

Iam pascha nr̄m Christus est,
Qui immolatus agnus est,
Synceritatis azyma,
Caro eius oblata est.

¶ Cōstruc (chr̄s est iā nr̄m Pascha).i. transitus de vitijs ad virtutes (qui .i. chr̄s (est agnus (.i. patiēs immolatus ꝓ oīb⁹ nobis. vel sic: quia chr̄s immolatus ꝓ nobis (est agnus synceritatis) .i. puritatis (caro eius oblata) i. sacrificata est (azima).i. sine fermento, vel sine amaritudine. Azima dr̄ ab a ꝙ est sine & zima ꝙ est fermentum, vel amarum (inde azima) quasi sine amaritudine

O vere digna hostia,
Per quem fracta sūt tartara.
Redempta plebs captiuata,
Reddit ad vitæ præmia.

¶ O vere digna hostia).i. sacra (ꝑ quē) s. christum: tartara sunt fracta) & per quem (plebs captiuata) .i. aīę sc̄ōrum in inferno detentæ: sunt redēptæ, & ꝑ quem p̄mia vitæ æternæ sunt reddita plebs dico captiuata (redit).i. reuertitur (ad præmia vitæ) supple æternæ.

Cum surgit Christus tumulo,
Victor redit de barathro,
Tyrannum trudēs vinculo,
Et reserans paradisum.

¶ Cum).i. qn̄ (christus surgit tumulo) i. de sepulchro (victor redit de barathro).i. de fouea inferni (trudētes) id est claudēs (tyranū) i. diabolum (vinculo).i. cū ptāte sua ligans eū (& reserās paradisum).s. fidelib⁹ tuis: quia in misericordia hoc fecisti, ideo rogam⁹ te.

¶ Carmen est, qūale illud primo dierum, Canitur in re diuina ascensionis dominicæ Commemorata Christi ascensione: & regno illi a patre tradito, petit beneficium iudicij.

Aeterne rex altissime,
Redemptor & fidelium,
Quo mors soluta deperit,
Datur triumphus gratiæ:

¶ O æternę rex altissime & redēptor fideliū (quo).i. ꝑ quē (mors soluta deperit).i. destructa extitit, vel perijt (vel mors).i. decens⁹ ad infernū, quia sc̄ti illuc modo non descēdūt vt ante passionē chr̄i triūph⁹).i. victoria gratiæ datur iam glorificatis in aīa & corpore glorificandis in resurrectione.

¶ Tu es scandes.i.(ascendens(tribunal)i.sedem(dexteræ pris).i.ad æqualitatē pris(potestas oīm rerū est collata).i. attributa(Iesu).s.chro & hoc scilicet(cælitus).i.diuinitus possum⁹ dicere ꝙ solus est ad dexteram patris Cæteri ordines sanctorum ad sinistrā respectu claritatis filij(quæ potestas non erat ei collata humanitus).i.quamdiu,vel quando erat in mundo.

Scandens tribunal dexteræ
Patris potestas omniū
Collata est Iesu celitus,
Quæ non erat humana uitus,

¶ Dico,quod potestas datur diuinitus Christo,quæ non erat humanitus(vt trina rerū machina).s. celestium terrestrium & infernorum(cōdita) scilicet a te flectant genu iam subdita) id est, flectentes genua cælestes terreni & infernales(sunt subdita).i.humiliata sibi ad honorem tui.

Vt trina rerum machina
Cælestium,terrestium
Et infernorum condita,
Flectant genu ian subdita.

¶ Angeli vidētes: humanā formā, vel naturā tremunt) i. mirātur.s. quia videbāt humanā naturā per ipm Christū ad dextram pris collocantā & exaltatam:& hoc (viceuersa mortaliū(tremebant & mirabātur. Et nota ꝙ ante natiuitatē christi angelis hōmibus se adorari patiebantur, sed non postea,sicut legimus de Ioane,qui cum vellet angelum adorare,inquit angelus Ioāni.Noli me adorare:seruus tuus.n.sum.& fratrum tuorum(caro Adę culpa) .s.nos.i.per Adam in peccatu cadimus(caro Christe purgat nos.i. per christum de vitijs ad virtutes surgimus(caro dei & deus regnat)quia Christus deus est homo.

Tremunt vidēntes angeli
Vice versa mortalium
Culpat caro, purgat caro,
Regnat Deus Dei caro.

¶ O Christe tu esto nrm gaudium: manēs præditum) .i .nobis partū onoratū vel sublimatum(.olimpo).i.in cælo: tu (qui regis).i. gubernas fabricā mundi (vincens mūdana gaudia).i. amor tuus excellit omnes delectationes mundi.

Tu esto nostrum gaudium
Manēs olympo præditum;
Mundi regis qui fabricam
Mundana vicens gaudia,

¶ Quasi diceret: super excellit gaudia mūdi: & hinc nos ꝑcantes q̄sumus).i. deꝑcamur te(ignosce culpis oībus). i. dimitte nobis pctā nrā (& subleua) .i. sursum leua(corda nostra ad te superna gratia) .i.pro summa misericordia.

Hinc te precantes,quæsumus,
Ignosce culpis omnibus;
Et corda sursum subleua
Ad te superna gratia

¶ Nos q̄sumus te:vt(cū).i.qñ(nube iudicis).i.chri (cœperis clarere).s.fulgere (nube Iudicis rubente).i. clarescēte i. te ipso iudice ad veniente nobis (repellas pœnas debitas).s.per Adā (& reddas) i.tribuas per gratiam (coronas per ditas) & culpam inuentam & collatam secundū meritum per gratiam: quia non necessitate cogente, sed volente & gratia

Vt cum rubente cœperis
Clarere nnbe iudicis:
Pœnas repellas debitas,
Reddas coronas perditas.

Gloria tibi domine,
Qui scandis supra sidera
Cum patre & sancto spiritu
In sempiterna sæcula. Amen

gratis a morte liberauit & saluauit nos. ¶ O domine Iesu Christe, qui scandis supra sidera) i. super omnes coelos (gloria) id est laus & honor sit tibi cum patre & spiritu sancto in sempiterna secula amẽ. id est, sine fine.

¶ Carmen est dimetrum iambicum cacometrum. Canitur in festo Ascensionis dominicæ. Agit Christo gratias, quod pro nobis passus mortem, nos a morte liberauit.

IEsu nostra redemptio
Amor, & desiderium,
Deus creator omnium,
Homo in fine temporum.

Quæ te vicit clæmentia,
Vt ferres nostra crimina
Crudelem mortem patiens,
Vt nos a morte tolleres.

Inferni claustra penetrans,
Tuos captiuos redimens,
Victor triumpho nobili
Ad dextrã patris residens.

Ipsa te cogat pietas,
Vt mala nostra superes
Parendo, & voti compotes
Nos tuo vultu saties.

Tu esto nostrũ gaudium
Qui es futurus præmium,
Sit in te nostra gloria
Per cũcta semp sæcula. Amen.

¶ O Iesu nostra redemptio, tu dico amor & desiderium nostrum) id est amor desiderabilis (deus creator omnium qui es in fine temporum factus homo). Vnde deus & homo, & hoc in vltima ætate.

¶ Quæ) id est, quanta clementia) id est, pietas vicit) id est, compluit te (vt ferres id est vt portares, vel deleres nostra) crimina (scilicet) peccata patiens crudelem mortem). s. Crucis pro peccatis nostris: & quare (vt tolleres) id est, liberares nos (a morte). i. a diabolo.

¶ Tu penetrans) i frangens claustra inferni redimens sanguine tuo captiuos, qui tenebantur iuste in inferno residens ad dexteram patris manens victor triũpho nobili. i. mirabili victoria.

¶ Ipsa pietas, quæ coegit te vt subires mortem crucis (cogat) id est, impellat te (vt superes nostra mala) id est, dimitas nobis debita nostra (& saties) id est, impleas & frui facias nos compotes nostri voti id est, desiderij tuo vultu) id est tua præsentia.

¶ Et tu qui es futurus nostrum præmiũ esto nostrum gaudium) id est in præsenti & in futuro (& nostra gloria) id est, laus (sit in te semper) id est, in omni tempore per cuncta secula. Amen.

¶ Carmen est quale illud Primo dierum. Canitur in festo Penthecostes, hoc est quinquagesimæ. Spiritum sanctum implorãs petit, vt illius amore nos inflammet, & in Dei gratia confirmet.

¶ Mater

Veni creator spiritus
Mentes tuorum visita
Imple superna gratia,
Quæ tu creasti pectora

¶ Materia huius hymni est spiritus sanctus, quē pater ꝓmiserat, qn̄ dixit Iohe li. Effundā de spū meo super omnē carnē. Filius ꝓmisit, qn̄ dixit. Si assumptus fuero in cœlū, mittā vobis paracletum, & Apostolis simul orantibus in hora tertia mundus tonuit, & subito spiritus sanctus venit, & apostoli inflammati spū sancto diuersis loq̄bantur linguis magnalia dei. intētio est rogare deū vt purget pectora nr̄a supno splēdore, & illuminet grā spūs sc̄ti, & expellat a nobis visibiles & inuisibiles hostes, vt habeamus vitā permanentē cū ipso
¶ O creator sancte spiritus Dei veni, & visita mentes tuorum fidelium, & veniendo imple pectora superna gratia (quæ tu creasti) id est, fecisti.

Qui paracletus diceris,
Donum Dei altissimi.
Fons viuus, ignis, charitas,
Et spiritualis vnctio.

¶ Qui paracletus .i. consolator (diceris donum dei altissimi, & diceris fons viuus) de quo non communicatur alienis, vel fons viuus aquæ salietis in vitam æternam, & diceris (ignis) quia corda hominis ad dilectionem dei & proximi accendis, & vitia .i peccata consumis, & diceris (charitas) quia facis diligere deum & proximum, & diceris (spiritualis vnctio) quia de spiritus vnctione .i. de spiritu sancto vngis corda hominum, vt humilientur in baptismo.

Tu septiformis gratiæ
Dextre Dei tu digitus,
Tu rite promissū patris,
Sermone ditans guttura.

¶ Tu septiformis gratię) i. donis gratię i. ꝓpter septiformem gratiā. Septe enim sunt dona spūssancti. Spūs sapientiæ & intellectus. Spūs consilii & fortitudinis spiritus scientiæ & pietatis & amoris. Tu es digitus) .i. potentia dextræ dei, quia sicut nodi digitorum varii sunt, ita varia sunt dona spūssancti, & tu es promissio patris (ditās) .i. faciens diuites (guttura) vel pectora (sermone rite) .i. recte, vel tu es ditans pectora promisso) .i. ex promisso.

Accende lumen sensibus,
Infunde amorem cordibus,
Infirma nostri corporis,
Virtute firmans perpetim

¶ Et tu, qui operaris omnia, accende lumen sensibus) i. mētibus nostris, & (infunde cordibus nr̄is amorē .i. dilectionē dei firmās infirma) .i. debilia nostri corporis (perpetim) .i. perēniter .l. perpetue (virtute) .i. mirabiliter cū virtute perpetua, & semper nos firmās) .i. protegens

Hostem repellas longius
Pacemq́ dones protinus.
Ductore sic te præuio.
Vitemus omne noxium.

¶ Repellas hostem longius) id est, remoueas eum procul a nobis (& dones pacem protinus) .i. cito (vitemus omne noxium) .i. peccatum (sic te præuio) id est, ductore.

Per te sciamus, da patrem,
Noscamus atq́ filium,
Te vtriusq́ spiritum,
Credamus omni tempore.

¶ Da, o sancte spiritus, vt per te sciamus patrem, atque noscamus filium & credamus te vtriusq́ spiritum) .i. procedentem a patre & filio omni tempore. Amen.

¶ Carmen

¶ Carmen est quale illud Primo dierum Canitur in festo Pentecostes: quo Spiritus sanctus missus est ad discipulos Christi narratque quæ in eius missione facta sunt.

Iam Christus astra ascẽderat,
Regressus vnde venerat,
Promissa patris munera
Sanctum daturus spiritum.

¶ Materia huius hymni est eadẽ. quæ in premisso Spiritus sanctus consolator vel aduocatus dicitur quia: consolatur nos cum sumus in peccatis: trahendo nos ad cælestem patriam. Ipse spiritus sanctus cũ splendore feruenti apparuit discipulis suis, & quia sermo igneus futurus erat, ideo in ignea lingua eis apparuit, quia fecit eos ardentes in dilectione Dei & proxime & perito sermone affluentes. Construe (Christus ascẽderat iam) secundum humanitatẽ, astra: id est, cælos: Christus dico (regressus). i. reuersus vnde venerat) daturus Apostolis munera promissa patris) i. spiritum sanctum.

Solennis vrgebat dies,
Quom ystico septemplici
Orbis volutus septies
Signat beata tempora.

¶ Solennis). i. festiualis dies (vrgebat) id est, festinabat, vel imminebat septis septem: quæ sunt quadraginta et nouem: & vno addito quinquaginta per septem intelligimus temporalia, idest corporalia: perque septem totũ tempus vitæ nostra voluitur, in quo debemus liberari a peccatis, vt perueniamus ad illam beatitudinem, quæ intelligitur per quadraginta dies in quibus ieiunare debemus: vt peruenire possimus ad diem sabbati. i ad requiem (quo die mystico) id est, figurato (septemplici). i. per figuram septemplicem (orbis) idest, septima (volutus septies. i. per quadraginta & nouem dies signat beata tempora). s. futura. i. æternam requiem.

Dum hora cunctis tertia
Repente mundus intonat,
Orantibus Apostolis
Deum venisse nuntiat.

¶ Et quia Christus ascẽderat: dum hora tertia videbatur esse (cunctis). i. omnibus Apostolis (mundus intonat repẽte) i. subito: & ille sonus vel mundus nuntiat Deum venisse (orantibus Apostolis). i. simul in vnum locum cõgregatis: & orantibus & expectãtibus promissionem domini sui, scilicet Christi cum ipse de illa promissione eis ante Ascensionem suã loquutus fuisset dicens, Vado & venio ad vos & mittam vobis paracletum. i. consolatorem, qui docebit vos omnẽ veritatẽ, & ita facti perfectiores in omni sciencia erant, quia diuersa gña linguarũ loquebãtur, & prædicabant magnalia Dei.

De patris ergo lumine
Decorus ignis almus est,
Qui fida Christi pectora
Calore verbi compleuit.

¶ Et qm̃ quidem pater misit spũm ergo ignis). i (spũs decoratus),. i. pulcher, est almus de lumine patris (q̃). s. spũs cõpleuit) s. vt haberent scentiã loquendi (pectora). s. Apostolorum. vel hoĩm (fida. i fidelia christi, & hoc (calore). i. ardore (verbi. i. filii

¶ Viscere

¶ Viscera Apostolorũ impleta). i. satiata gaudent: quia fecit eos loquentes: & etiam ardentes in amore, & afflacta) idest, inflammata spiritu sancto (intonãt diuersas voces) id est, loquuntur idiomata omnium linguarum: & fatur. vel fantur (magnalia Dei) id est, mirabilia Dei, id est predicant nomen Christi.

Impletá gaudent viscera
Afflata sancto spiritu:
Voces diuersas intonant,
Fãtur Dei magnalia.

¶ Ex omni gẽte) idest, ex omnibus gentibus (cogniti) sunt Apostoli scilicet, a græcis, latinis, barbaris (cũctisque admirantibus) apostoli loquuntur linguis omnibus, quæ sunt. lxxij.

Ex omni gente cogniti.
Græcis, latinis, barbaris,
Cunctisq; admirantibus
Linguis loquũtur omnibus

¶ Cum Apostoli ita loquebantur, oẽs admirabantur sic loq̃ntes, credentes Deum in eis esse, sed (Iudæa) increpat eos, idest, plebs Iudeorũ (in credula) idest, infidelis illa dico (vesana). i. in sana (toruo spiritu) idest, superbo (cõcrepat alumnos) idest, discipulos Christi (ructare crapula musti) idest, affirmat eos vino inebriari.

Iudæa tunc incredula,
Vesana toruo spiritu,
Ructare musti crapula.
Alũnos christi concrepat.

¶ Aestimabant Iudæi, q̃ præ nimio potu misti, i. per ebritatem apostoli taliter loquebãtur, sed (petrus occurrit signis) i. miraculis & virtutibus docet). i. probat perfidos Iudeos (profari), i loqui falsa (Iohelis prophetæ testimonio) prophetauit enim Iohel sic. Effundam de spiritu meo super omnem carnem, & prophetabunt filij vestri & filiæ vestræ.

Sed signis & virtutibus
Occurit & docet Petrus
Falsa profari perfidos
Iohelis testimonio.

¶ Laus sit prĩ cum filio, simul & sancto paracleto). i. spũi sancto (& filius mittat nobis oĩbus fidelibus, charisma. i. donum spũs scti, vel gratiã spiritus sancti.

Sit laus patri cum filio.
Sancto simul paracleto
Nobisq; mittat filius
Charisma scti spũs. Amẽ.

¶ Carmen est, quale illud Primo dierum. Canitur in festo pentecostes sicut & superiores hymni. Narrat quid ex hac missione consolatoris spiritus euenerit. Petitq; illius dona nobis infundi.

¶ Materia huius hymni est spũs sanctus quẽ pr̃ & filius pmiserũt. Iohele dicẽnte. Effundã de spũ meo sup omnem carnem, & prophetabũt filij vrĩ & filiæ vestræ, & filius dicit. Si assumptus fuero a vobis in cælum, mittam vobis paracletũ. Et apostolis orãtibus mũdus intonat, & venit spiritus sanctus in specie ignis

BEata nobis gaudia
Anni reduxit orbita,
Cum spiritus Paracletu
Effulsit in discipulos.

ignis, quo Apostoli inflāmati loqbantur magnalia Dei varijs linguis. Quaeritur hic vtrū filius sit a p̄re nō factus sed genitus, & placenti materia dico ex substātia p̄ris, & nō ex aliquo, sed ex p̄re. Similiter dico de pcessione spūs sācti, quia fit ex patre & filio, & de substātia vtriusq; coaequalis eis, & nō ex aliquo factus, nec ex nihilo. Cōstrue (orbita) .i. reuolutio anni (reduxit nobis beata gaudia cum spiritus paracletus effulsit .i. resplenduit in discipulos.

Ignis vibrante lumine
Linguae figuram detulit,
Verbis vt essent profluí,
Et charitate feruidi.

¶ Construe (ignis) .i. spiritus sanctus cū splendore feruente apparuit discipulis, quia sermo eorum futurus igneus erat, & ideo in lingua & igne apparuit, quia fecit eos ardentes in dilectione Dei & proximi, & pariter sermone affluentes quod dicitur hic (ignis) .i. spiritus sanctus detulit figuram linguae (vibrante .i. feruente lumine suo .i. splendore, .i vt illi Apostoli & discipuli essent (profluí .i. facundi & loquentes (verbis) .i. varijs lignuis & feruidi) .i ardentes & inflammati charitate.

Linguis loquūtur omnium,
Turbae pauent gentilium.
Musto madere deputant.
Quos spiritus repleuerat.

¶ Illi Apostoli loquuntur linguis omnium, & ideo turbae gentilium pauent, .i. mirantur & turbae illae (deputant) id est, valde putant (madere) .i. abundare musto) .i. vino illos, quos spiritus sanctus suo splendore repleuerat.

Patrata sunt haec mystice
Paschae peracto tempore
Sacro dierum numero,
Quo lege fit remissio.

¶ Cum filij Israel quadraginta & nouē annis per desertum errassent, in quinquagesimo anno iuxta montem Sinai cū fulgore & tonitruo legem acceperūt. Item in lege Moysi filij Israel emebant seruos & ancillas & agros, & possidebāt quadraginta & nouem annos, in quinquagesimo anno omnes liberabantur, inde dicitur annus iubilaeus .i. remissionis, & significat octauam diem resurrectionis, in qua omnes liberati erant a seruitute diaboli & hoc est (mystice) .i. figuratiue (sunt patrata) .i. completa peracto) .i. complete (tempore sacro Paschae numero dierum) .i. quinquagenario (quo numero, fit remissio in lege) sancti Moysi, vel mystica id est, figuratiua.

Te nunc deus pijssime
Vultu precamur cernuo,
Illapsa nobis coelitus
Largire dona spiritus.

¶ O pijssime Deus precamur te (nunc) idest, in praesenti (vultu cernuo) idest prono (largire dona spiritus) sancti (illapsa nobis coelitus (idest, diuinitus infusa.

¶ Carmen est, quale illud Lustra sex qui iam peracta, sed cacometrum, Canitur in festo Eucharistiae, id est bonae gratiae hoc est corporis Christi. Narrat quēmadmodum hoc sacramentum coena institutum est a Christo.

Pange lingua gloriosi corporis mysterium,
Sanguinisque preciosi, quem in mundi precium
Fructus ventris generosi rex effudit gentium.

Materia huius hymni gloriosissimi (quia de Christo infinite glorioso & solennissimo) est quoddã præceptum obseruãtia dignũ ab ecclesia militanti approbatum & dictum Vnde diligentissime huic fides adhibenda: iusta Aurelij Augustini dictum in epistola ad fundanum, Euangelio nõ crederẽt: nisi quia ecclesia approbat. Quod quidẽ præceptũ est, vt pangamus & cantem⁹ corde & lingua eucharistię siue corporis Christi mysteriũ. Pro quo est aduertendum ꝙ differentia talis est inter ista tria vocabula ibi reperta, scilicet mysterium sacrificium, & sacramentum. Nam primo mysteriũ dicitur sacrũ secretũ vel sacrum abscõditum. Et ratio est ex sua deriuatione sũpta, quia dicitur a mystis vel mysticon græce, quod idem est quod secretũ latine Sacrificium vero generaliter nõ propriæ secundũ Isidorũ est victima, & quęcũque in ara cremantur & ponuntur: & sic sumitur pro oblationibus, quas antiqui faciebant. s. vitulorũ & hircorũ. &c. Sacramentum tamẽ intelligitur sic, idẽ est, ꝙ sacræ rei signum quantũ ad ætimologiã vocabuli, vel sacramentum est rem sacratã continens, i. an aliud cernitur, aliud intelligitur, Et dicitur a sacer sacramentũ. i. quod idem est, ꝙ pignus sponsionis, sicut iusiurandũ datur alicui, vt sit fideiussor Qua propter tantũ ergo sacramẽtũ. s. eucharistiæ, de quo hymnus cantat. est datus nobis in pignus beatitudinis & promissi aduentus ad iudicium Nam promisit Christus, ꝙ habet alias oues ducere ad vnũ ouile & erit vnus pastor secundum Math. Et in alio loco veniet filius hominis in nubibus cœli. &c. Et etiam in alio loco quasi pollicendo dixit. Estote parati quia qua hora non putatis filius hominis veniet, sicut iam antea iusiurandũ fecerat, & compleuit ad Abraã testante Zacharia, Iusiurãdũ, quod iurauit ad Abrã patrẽ nostrum, daturum se nobis: quod defacto cõpleatum reuera accepimus in die Natiuitatis. Quod quidem sacramentum & mysterium & mirabile, a sæculis non auditum instituit in die Parasceue existens ille rex mansuetus, cũ in discipulis facto sermone consolatiuo ex vno latere, & ex altero multæ amaritudines, quia dixerat, nocte hac scandalum propter me patiemini. Circa quod potest esse vnum dubiũ, quare magis institutum est tali die a Christo istud sacramentum & non in alio tẽpore, cum ratio dubij potest esse ista. Prima dispositio secundũ philosophos debet præcedere formã, quia in secundo de anima, & septimo metaphicæ, Actus actiuorum sunt in patiente disposito, Sed baptismus est dispositio ad hoc sacramentum, ergo baptismus est prior, vltra cum baptismus fuit institutus post passionẽ, ergo sacramentum altaris debuisset institui post passionem. Respondeo, ꝙ hoc sacramentum tota ecclesiæ curia dicente in hac die institui debuit, & nõ ante nec post: quam plurimis (& præsertim quatuor) rationib⁹ arcta & mota. Prima est ratione huius sacramenti necessariæ assignationis. Nam necessitas qua assignatur, quare hoc sacramentũ institui debuit: est signum quia ad perfectionẽ nostrã exigebat, vt. s. caput nostrũ Christus realiter corpori coniungeretur, sed toto tempore præcedenti christus sub propia specie nobiscum constitutus est, ergo non oportuit ante hoc sacramentum instituti, sed tunc in illo tempore quãdo corp⁹ assumptũ oblaturus erat, Eusebio attestatẽ secũda

rati⁹

ratio est ratione legalis figurationis. Nam Christus quandiu fuit in mūdo cō uersatus, figuras legis obseruare voluit: factus sub lege, vt eos qui sub lege erant, redimeret a peccato secundum apostolum. Sed veniente veritate cessat figura, & vmbra veniente luce ergo christo recedente per mortem quando figuræ legis terminandæ erant, debuit institui. Tercia ratio est rōne repręsentationis. Nā hoc sacramentū est representans terminū dominicæ passionis, ergo cōgruū erat in minēte iā passione institui. Quarta ratio ratione fortioris impressionis: quia quæ vltimo fiunt, magis memoriæ imprimūtur, & commendantur, ergo vltimo post cænam institui debuit ipso Christo recessuro. Et hæc ratio tāgitur in decretis, de cōsecra. distin. ij. cap. Liquido. vbi dr̄, ꝙ in memoria & in expressione passionis Christi est institutū. Restat dicere & respondere ad rationē factā. quia nō est necessarium eundē esse ordinē institutionis sacramētorū, & pceptionis: & causa est, quia ad finē qui nobis pstituitur) vltimo peruenimus. Ideo Eucharistia quodāmodo ēst finis baptismi: quia per baptismū aliud cōsecratur ad Eucharistæ perceptionē, sicut per ordinē ad eius perceptionē. Hoc peracto redeamus vnde digressi sumus: ꝙ si illi tres pueri a camino ignis liberati, in laudem dei quoddā cāticū cecinere. s. Bn̄ dicite oīa opera dn̄i dn̄o, & Zacharias ꝓpheta aliud cāticū, et iustus Simeon aliud canticū & hymnū nō parua incunditate cecinit: ob hoc ꝙ verū redemptorē Iesum in vlnis suis tenuit: hinc de cætero factus vidēs & gaudens, ita dixit. Nunc dimittis seruū tuū Dn̄e. Et ecclesia talia supradicta cantat, & pcepit canere. Quanto magis istud sacramentū sacramentorū quantum verbis possumus exprimamus canēdo & iubilādo, per, ꝙ nō mō tres pueri: imo infiniti hoīes ab inferni igne liberātur. Quod etiā nō solū vnū illuminauit, imo totū mundū: ꝙ nō solū in brachijs illū eundem Iesum recipimus, sed in pectoribus tāquā in tabernaculo suo nobiscū cœnās & cōgaudēs Et illud de quo Psalmista Dauid in persona Dei mādat, ꝙ cātem⁹, psal. xcv. Cātate dn̄o canticū nouū, cātate dn̄o oīs terra. Cantate dn̄o & bn̄dicite nomini eius, anūtiate de die in diē salutare eius. i. Chr̄um cōtentū in hoc sacramento. Nā istud est nouū in tēpore: quia ante in nulla lege erat, nec naturę nec scripturæ. Nouū excelentia quia nullum antea nec post excelentius. Nouū in consecratione: quia nusquā verbis similibus aliquod sacramētū fuit cōsecratū, nec veteris nec nouæ legis. Nouū in assumptione: quia in alijs ꝙ sumitur masticatur, frāgitur, decoquitur, digeritur: ibi semper assumptū realiẗ integre, & absq; vlla mutatione augmenti, nec detrimēti Quā obrē ecclesia militās & absq; vlla ruga ꝓpter tantū sacramentū saluberrimū omnib⁹ primatū publice lætanter verbis in cælū eleuatis nō parua harmonia cantat & pcipit canere iuxta dictū spōsi. s. Chri exēplū do vobis, vt quemadmodū ego facio, ꝙ sic faciatis: vt patet in expositione literæ. Ad quā veniamus, sic dicendo (O lingua). s. militiæ christianę, nō perfidæ iudeorū, nō porci Mahometi, suorūq; cōplicū (pange). i. cane, vel tāquā tuba exalta vocē laudādo, & quid dicitur? (mysterium). i. diuinum secretū, vel diuinum absconditū ex eo quia aliud cernitur, aliud creditur vel intelligitur (gloriosi corporis scilicet, Iesu Christi iam gloriosi & immortalis & impassibilis. Et pange mysteriū supple sanguinisq; pciosi) quia lauit nos in sanguine suo, quē. s. sanguinē ptiosum (ille rex gentiū). i gentiliū, & omnium gentium, quia eum Iudæi abdicarunt & negarūnt esse regē, quē Pilatus gentilis in persona omniū gentiliū cognouit esse regē iudeorum, dicēs, Regem vestrum crucifigam? (effudit). i

sparsit pro peccatoribus, & pro peccato primi parentis(in mūdi pretiū)i.in satisfationem pro mundo: qui cum sit finitus, infinitum non valebat solue re. Rex dico supple (fructus ventris generosi)id est, filius intemeratæ virgi nis Mariæ, & potest intelligi vna figura grammaticalis, secundum qua per mittitur poni pars pro toto, vel etiam(fructus ventris generosi)idest proles illius. quæ ex vtraque parte essentiali, scilicet corporis & animæ, ex prosa pia regia est procedens. Nam Matthæi primo Filius Dauid, qui rex excellēs in veteri testamento fertur, & hoc secundum carnem, & cum parenthesi de bet legi, vt patet intuenti.

Nobis datus, nobis natus, ex intacta virgine,
Et in mundo conuersatus sparso verbi semine,
Sui moras incolatus miro clausit ordine.

¶ Et iste nanque rex nobis datus est(supple a deo patre)nobis natus idest, pro pter nos, nō propter angelos: vt nos redimeret & liberaret a peccato, & nos glorificaret: & hoc(ex intacta virgine scilicet, non corrupta: non solū cor pore, verum etiam mente & animo, quia voto se Deo obtulit sponsam & in mundo conuersatus), i. in terra sancta, quæ medium mundi dicitur, cū docto ribus legis disputauit, & cum alijs dum prædicabat, & miracula innumera bilia faciebat, vt compleretur, quod dixit Abacuc, Et in terris visus est: & cū hominibus conuersatus est & etiam conuersatus est in mundo sparso verbi semine) i. mediante semine diffuso verbi diuini, dū prædicabat per partes illas, iuxta illud, Semen est verbum Dei, quia inde nascitur fructus gratiæ per conuersationem ab, eo fructus saluationis per veram obseruantiā & cu stodiam illius verbi diuini, iuxta illud. Beati qui audiunt verbum Dei, & cu stodiūt illud, & sequitur(Sui moras incolatus).i. tarditates & dilationes (sui incolatus .i. exilij a sua patria vnde ex iuit. & peregrinationis per triginta et tres annos clausit).i. conclusit, compleuit, & perfecit(miro ordine).i. nouo. ideo miro, quia nouo, Nam prius voluit ministrare, quam ministrari, prius voluit facere, quam docere, & postea docere operando, & voluit prius miracula facere, vt ostenderet se verum Deum que non docuit vsque ad æta tem triginta annorum Voluit pati, vt nos patiamur propter ipsum, vt pote omnes voluit derisiones prius pati, vt nos quascunque illatas contumelias sine murmuratione pateremur. Voluit pro nobis mori, vt nos propter ip sum paratissimus mori. Vltimate ante quam illam immansissimam mortē suscepisset, disposuit medicamen sufficientissimum ad surgēdum ab infirmi tate ad sanitatem, & a morte peccati ad vitam animæ, vt non oporteret ite rum crucifigi, vt rursus a peccato liberarentur homines. Quibus dispositis pie, misericorditer ordinatis, finiuit peregrinationem ad patrē: vnde exiuit per temporalem generationem reuertēdo, cum quo quidem semper est idē quantum ad diuinitatem.

In supernæ nocte cœnæ recumbens cum fratribus,
Obseruata lege plene cibis in legalibus
Cibum turbæ duodenæ se dat suis manibus,

¶ Et sequitur, deuote Christiane cupis scire, quo in tem pore ordinauit tan tam medicinam, tantum subsidium pro his qui in lucta demonum cadunt hoc fuit quando ille sūmus rex regum: & dominus dominatium fuit (re

cumbens.

cūmbens) ,i.ſedens(cum fratribus) .i. diſcipulis , qui iam non ſerui, ſed ami ci & fratres erant quia ab vno eodem domino per creationem,quia ſub vno iugo amoris,quia ſub mortalitate tūc vna omnes erant , & hoc ſupple(in no cte.illa diei Iouis (ſupremæ cœnæ) ideſt , vltimæ in corpore mortali ſupple, & obſeruata lege plene , &c.ideſt,poſquam legem Moyſi perfecte & com plete obſeruauit,quia comedit agnum paſchalem more legis. Nam non veni ſoluere legem,ſed adimplere vt ſæpe dixit,taliter ꝙ tunc &nunc ſupple dat ſe).i.porrigit corpus ſum cibum ideſt , in cibum animæ & angelorum (tur bæ duodenæ).i.toti congregationi duodecim apoſtolorum ſupple,vt augere tur gratia & fortitudo ad reſiſtendum indagationi Iudæorum,corpus ſuum dat ſupple ſuis manibus)non medio alicuius miniſtri.Dando ad intellgendū non eſſe datam & conceſſam poteſtate miniſtrandi & conficiendi alijs tan tum ſacramentum.

Verbum caro,panem verum,verbo carnem efficit.
Fitq; ſanguis Chriſti merum,& ſi ſen ſus deficit,
Ad firmandum cor ſyncerum Sola Fides ſufficit.

¶ Et ſequitur, Nam poſtquam in vltima cœna accepit panem in ſanctas ac venerabiles manus verbum caro ideſt , homo vel Chriſtus (panem verum) quem in manus ſuas ſuſcepit ſup(efficit)ideſt,conuertit(carnem).i.in ſui cor pus iuxta illud,Panem quem ego dabo,caro mea eſt pro mundi vita,& hoc ſcilicet (verbo) .i.in virtute verborum,ſcilicet . Hoc eſt corpus meum (quę) pro(& merum id eſt,vinum vitis ſup (fit ſanguis Chriſti)ideſt, verbis conſe crationis conuertitur in verum ſanguinem Chriſti(&.ſi ſenſus)ſup. tactus, tangendo deficit,ſenſus viſus videndo decipitur , accidentia quælibet tan tum ſentiens:attamen ad firmandum).i.ad ſaluandum cor ſyncerum,ſup.nō fractum contagione infidelitatis, non fractum duritia & pertinatia peccati, non fractum malitia Iudæorum(ſola fides ſufficit.ideſt ſolus aſſenſus volum tatis ab intelligentia & ſenſu auditus procedens,iuxta illud,Fides non habet meritum,vbi humana ratio præbet experimentum.

Tantum ergo ſacramentum veneremur cernui,
Et antiquum documentum nouo cedat ritui,
Præſtet fides ſupplementum ſenſuum defectui.

¶Et ſequitur. Quod ſi virtuoſus eſt honorandus,Ethi.iij.quanto magis vas omnium virtutum, ideo tantum ergo ſacramentum) .i,tam maximam rem & ſacratam & ineffabilem omnium virtutum plenam(veneremur nos cer nui).i.humiles& manſueti cum reuerētia & genu flexione,& honore latriæ tanquā ad Deum & antiquum documentum)ſup.doctrina legalis de agno paſchali(cedat)ideſt,det locum(nouo ritui ſcilicet nouo generi cibi , vel do ctrina legalis tanquam vmbra figura,quaſi imperfectum(cedat)ideſt,ceſſet dando locum (nouo ritui) id eſt, ſoli figurato & perfectiſsimo, iuxta illud, Quando venerit,quod perfectum,eſt,ceſſauit quod ex parte eſt,i.ſicut adue niente luce cedit vmbra (præſtet fides ſupplementum) vt rite bene venere mur,quod non videmus,&c.(fides).i illa notitia ænigmatica tanquam per ſpeculum(præſtet .i.exhibeat & ordinet ſupplementum,& ſic vice fungens ſenſuum defectui) ideſt virtuti limitatæ ſenſuum exteriorū,quo circa tale ob ectum ſunt deficientes& falluntur.

Genitori, genitoq; laus, & iubilatio,
Salus, honor virtus quoq; sit & benedictio.
Procedentiq; ab vtroq; compar sit laudatio. Amen.

¶ Ideo propter infinitum bonum nobis collatũ a sanctissima Trinitate laus sit genitori patri & genito) idest filio sit eadẽ (laus & iubilatio) quod est gaudium, quod verbis explicari non potest, & (salus similiter, quæ ab vtroque nobis & uenit, & procedit, & non ex nobis. Similiter (honor & reuerentia latria, similiter (virtus) quæ ãtonomatice charitas dici potest, & quæ omnes virtutes comprehendit, qua redempti sumus (& quoque idest, simul benedictiõ sit attribuenda prædictis, iuxta illud, Benedictionem a Domino, qui fecit cœlum & terram: (quæ pro & laudatio compar, tota prædicta supple, idest simul æqualis sit spiritui sancto supple, idest, procedenti per æternalem processionem passiuam (ab vtroq;) idest, a patre & filio, iuxta determinationem ecclesiæ. Amen, idest, sine fine in perpetuum. Expositor sub mittit se determinationi & consilio ecclesiæ militantis.

¶ Carmen est simile asclepiadeo mixto glyconico, sed cacometrum. Canitur in festo Eucharistiæ ad horas nocturnas, pro sequitur, sicut in Pange lingua, institutionem sacramenti. Autor est sanctus Thomas Aquinas.

Sacris solennijs iuncta sint gaudia,
Et ex præ cordijs sonet præconia,
Recedant vtera, noua sint omnia,
Corda, voces, & opera.

¶ ADDITIO. Cum glos. Quia eadem est materia præsentis hymni ac fuit superioris, videlicet agere de institutione sacramẽti corporis christi, quod in nouissima cœna saluator noster instituit, ad remedium totius mundi, tantum ordinem literę in presenti hymno explicabimus, quo ad rudes scholipetas. Sed primo nota quia ex omni actione Christi nostra instructio demonstratur, Primo ponitur ordo institutionis sacramenti & materia, & designãtur illi, quibus officium conficiendi sacramentum concessum est, scilicet presbyteris. Ponitur etiam quomodo in hoc sacramento cessauit figura veteris legis, in quo omnia contingebant in figuris, iuxta Pauli vocem ad Corinth. cap x. Figura autem huius sacramenti præcessit, quando pluit Deus manna in deserto patribus, qui cotidiano pascebantur alimẽto vnde panẽ cœli dedit eis, panẽ angelorũ, & c. et illud panes manducantes mortui sunt Hic autẽ panis quẽ legiter Christus dedit, viuus est, qui de cœlo descendit, & vitæ æternæ substantiam ministrat Quod sacramentũ sit sacræ rei signũ, & quod tria in eo considerentur. s. sacramentum tãtũ, sacramentum & res sacra, & res non sacra, præter missum facio, quia pinguiori minerua opus est. De hoc plura Magister sentiarum in quarto, distin. ix. Erit ergo ordo Gaudia, Gaudium est animi lætitia alicuius

præsen

p̄sentis boni opinione cōcepta, & d̄r, q. gaudiū quod latine lætū sonat, gau-dia ergo (sint i. sita sacris solennis, s. corporis Christi cuius festiuitate plus-quam in cæteris gaudēdū est (& p̄conia i. signa vel voces solennitatis (sonent i. cū sono exeāt (ex p̄cordiis) .i, ex intimis nr̄i cordis (& vetera) i. obserua-tiones veteris legis (recedāt ꝓpter aduentū nouæ hoc est Christi figurati .l. sic (vetera) .i, homo vetus, hoc est vitiosꝰ, vnde expurgate vetꝰ fermētū, vt sitis noua cōspersio, vt qui ante hac male vixit, post hac viuat nobiliter, hoc est sine vitijs, vetera ergo .i, mala opera perpetrata (recedāt) .i. separētur & o-mnia sint noua) i renouata videlicet (corda, voces, & opera) vt interius & ex-terius simus azimi, hoc est puri ad celebrandum tantum sacramentum.

Noctis recolitur cœna nouissima
Qua Christus creditur agnū & azima
Dedisse fratribus, iuxta legitima
Priscis indulta patribus

¶ Et disco ꝙ corda voces & opera sint noua quia cœna nouissima noctis idest, cœna vltimę noctis recolitur i. celebratur (qua) .i. in qua cœna christus creditur de-disse agnū) scilicet pascha-lē (& azima) .i. pane absq; fermento, i. amaritudine, & dicitur azima aba ꝙ est sine & zima fermetū. q. sine fermento fratribus .i apostolis nusquam enim nisi fratres, aut amicos, discipulos domini cognominari vidimꝰ in tota sacra pagina, teste Greg iux-ta indulta legitima .i. iuxta legem datam (priscis patribus puta Moysi & Pa-triarchis, nam supra dixit obseruata lege plene, quia non venit soluere legē. sed adimplere, & est indultum concessum datum siue remissum vnde Gre-gorius Lucæ .iii tempora indulta ne pereant.

Post agnum typicum, expletis epulis,
Corpus dominicum datur discipulis,
Sic totum omnibus ꝙ totum singulis,
Eius fatemur manibus.

¶ Prosequitur dicēs ꝙ post agnum typicum idest, post esum agni typici idest figu-ratiui qui erat cibus corpo-ris dedit se in cibū animę et angelorū quia ipse erat ve-rus agnꝰ qui abstulit p̄ctā mūdi. &c epulis ergo expletis, i, finitis post esū agni typici corpus dn̄icū) da-tur (a dn̄o discipulis sic totū) i. totaliter fatemur datū esse oībus .i. duodecim Christi discipulis) manibꝰ eius, quod, totū singulis .i cuilibet illorum datu est

Dedit ex frugibus corporis ferculum:
Dedit ex vitibus sanguinis poculum
Dicens accipite quod trado vasculum,
Omnes ex eo bibite.

¶ Dedit. s. Christus ferculū corporis .i, suū corpus in ci-bū & hoc ex frugibus .i. ex vero pane materiali, vnde Ioā panis quē ego dabo ca-ro mea est, alias dedit fragi-libꝰ. s. discipulis q bene fra-giles erāt, qa secūd ī Greg. nō eos passio nō resurrectio, nō spūs s̄ācti missio cōfirmauerat dedit etiā poculū hoc est potū sanguinis sui, & hoc ex vitibꝰ i. ex naturali vino. Et nota ꝙ in die illiꝰ sanctissimæ cœnæ dixit, nō bibā amo-do de hoc genimine vitis donec &c, qua causa in die transfigurationis domi-ni conficitur sacramentum ex vino nouo: si inueniri possit. vel saltem vt ali-quantum de matura vua in calice liquatur, & nouæ vuæ super altare benedi

cantur super altare, alias dedit & tristibus nam tristes erāt apostoli de nece prædicta sui domini, dicens accipite vasculū quod trado). i. de vobis (& omnes bibite ex eo). s. poculo sanguinis mei.

Sic sacrificium istud instituit
Cuius officiū cōmitti voluit
Solis pbr̄s, quib9 sic cōgruit
Vt sumant, & dent cæteris.

¶ Sic Christus instituit. i. tali modo sup prædicto ordinauit (istud sacrificium. s. sui corporis sanguinisque (cuius officium s. conficiendi sacramentum (voluit committi). i. appropiari siue tradi tātum (solis præsbyteris quibus sic cōgruit idest conuenit, aut est necessarium (vt sumant) i. recipiant ipsi (& dent cæteris scilicet fidelibus vere confessis & contritis, ad quorum remedium constitutum fuit nisi enim manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem non habebitis vitam in vobis, &c.

Panis angelic9 fit panis hoīm
Dat pāis cælit9 figuris t̄minū
O res mirabilis māducat dn̄m
Paup, seruus, & hūilis. (minū

¶ Panis angelicus). i. Chr̄us qui est cib9 angelorū vnde dicitur. Ego sum panis viuus qui de cælo descēdi (fit. i. efficitur (panis hominum) pro quibus natus est & panis hic dat cælitus) i. diuinitus (terminū) idest, finem figuris. s. typicis veteris testamenti in quo, vt supra diximus) contingebant omnia in figuris (o res mirabilis). i. digna admiratione, quia, s. paup seruus & humilis hoc est cuiuscū que cōditionis seu status sit homo Christianus māducat dn̄m. hoc est factorē suū sacramentaliter sumit & sumit dupliciter, s. sacramentaliter & spūaliter

Te trina deitas vnaque poscimus
Sic tu nos visita, sicut te colimus;
Per tuas sēitas duc nos quo tēdim9
Ad lucem, quam in habitas. amē.

¶ O trina deitas) que) p & (vna), i. o deus trinus & vnus (poscimus te) i. a te (quia colimus te sic. s. p humilē deuotionē celebrando festiuitatē corporis tui (visita nos) s. per graciā tuā, aliter erit sicut illud quod dicitur in oratione dominica. s. dimitte nobis debita nostra, sicut & nos. &c. vel dic visita tu nos sic sicut colimus, te quia loquitur in psona ecclesiæ, quæ tota pulchra est & bene colit deū (& duc nos per tuas semitas). i. per tua pcepta quæ sunt semitæ dei directæ ad cor. Vnde Grego semita dei ad cor dirigitur. ad lucem quā in habitas (quo). i. ad quam lucem tendimus) quia est finis religionis nostræ Christianæ.

¶ Carmen est saphicum, mixtum adonico. Canitur in festo natalitio sancti Ioannis Baptistæ, cuius generationem, educationem, laudesque prosequitur, atque auxilium implorat.

VT queant laxis resonare fibris
Mira gestorū famuli tuorum.
Solue polluti labij reatum
Sancte Ioannes.

¶ Hymnus iste vitā & mores, habitum & cōuersationem sancti Ioannis Baptistæ describit, orans & persuadens, vt eius consuetudinem imitemur vt ad eius beatitudinem peruenire mereamur.

imur. O sancte Ioannes solue) .i. relaxa. reatū labij. i. oris polluti. i. inquinati: vt famuli tui quant .i. possint resonare mira. i. miracula: gestorū tuorū (fibris i. venis laxis) i. resolutis, vel vocibus aptus. ¶ ADDITIO Nota φ huius hymni autor cū asynanche siue agina morbo laboraret, illum in sanctū Ioannis festum ac honorem cōposuit, vt eius intercessione ac meritis a domino salutem acciperet. Et vt quemadmodū Zachariæ patri suo illa linguæ prauitas quondā fuerat reformata, ita nūc tandē vox sibi clara & aperta restituetur. Et quoniā in gutture vox formatur, sonatqꝫ, hac de causa id tribus primis versiculis ponit voces sex. s. Vt, Re, Mi, Fa, Sol, La, ex quibus optimus quicqꝫ cantus siue recta modulatio maxime constare videtur.

Nuntius celso veniens olympo,
Te patri magnum fore nasciturum,
Nomen & vitæ seriem gerendæ
Ordine promit.

¶ Nūcius celso veniēs olympo) .i. de cœlo. āgel⁹ gabriel veniēs olympo (pmit) .i. nūciat, te fore magnū (nasciturū patri tuo Zachariæ, & nomen tuū siīr pmit: qa dicit Ioānes vocetur, et pmit seriē. i. ordinē (vitæ gerendæ) dicens. Vinum & siceram nō bibet (ordine) .i. secundum ordinem quem gessit

Ille promissi dubius superni
Perdidit promptę modulos loq̄læ:
Sed reformasti genitus peremptæ
Organa vocis.

¶ Ille. s. Zacharias (dubius). i. incredulꝫ (pmissi supni) .i. cælestis promissionis (pdidit prōpte modulos loquelæ .i. modū locutiōis, Ambrosius dixit, φ zacharias vocē amiserat in consonātibus, quia eas formare non poterat, sed tu (reformasti) o sancte Ioannes) genitus) .i. natus organa vocis peremptæ) i. existentie vocis.

Ventris obstruso positus cubili
Senseras regem thalamo manentē,
Hinc parens nati, meritis vterque
Abdita pandit.

¶ Et tu positus), i recūbens cubili) .i. ventre matris tuæ (obstruso) .i. clauso (senseras regē) .i. christū (manētem) .i. iacētē (thalamo) .i. in ventre Mariæ (hinc) .i. ex hoc, φ tu nouisti christū o Ioannes (parēs vterqꝫ. s. Zacharias et Elisabeth (pādit abdita idest, prophetauerunt abscondita. Pater dixit. Benedictus dominus deus Israel: & hoc non suis meritis sed (meritis idest, propter merita (nati idest, filij Ioannis. Mater autem dixit. Vnde hoc michi vt mater domini veniat ad me.

Antra deserti teneris sub annis
Ciuium turmas fugiens petisti,
Ne leui saltem maculare vitam
Famine posses,

¶ O sancte Ioannes, tu fugiens turmas; i. turbas ciuiū petisti antra) i, obscurā speluncam deserti: sub teneris annis) .i in ætate duodecim annorum, ne posses maculare vitam sanctam, famine). i, verbo ocioso. Ociosum est verbum, φ aut vtilitatis, rectitudinis, aut iustæ rationis necessitate caret, famine dico (saltem leui). i. sine bono fructu.

¶ Camelus p̄buit hirtum tegimen),i. asperum vestimentum sacris artubus(bidentes) .i. oues p̄buerunt (strophiū) idest cingulū, s. Ioanni (latex) idest, aqua: (cui) præbuit haustum, & cui mella prebuerunt pastū, mela dico sociata (locustis) idest, volatilibus.

Præbuit hirtum tegimen camelus
Artubus sacris strophium bidentes
Cui latex hausturn, sociata pastum
Mella locustis

¶ (Cæteri vatum) i. alij prophetæ (cecinere).i. pphetarūt (tm̄,i. tantū modo (corde p̄sago),i, prouido (iubar esse affuturū i. christū venturū, sed tu discret⁹ es ab alijs prophetis dicēs, Ecce agn⁹ dei &c. (pdis) idest, ostēdis christum supple auferentem scelus mūdi) idest, peccatum (indice) idest, cum digito, dicens. Ecce agnus dei &c.

Cæteri tantum cecinere vatum
Corde præsago iubar affuturum,
Tu quidem mūdi scælus auferentem
Indice prodis

¶ Quisquā homo genit⁹ nō fuit sāctior Ioāne p spaciū vasti orbis), i. ampli mūdi vnde veritas ait . Inter natos mulierum nō surrexit, &c s, corruptarū mulierū Quidā opponūt de christo sed non valent, qa de virgine natus est (qui) Ioānes (meruit tingere).i. baptizare lymphis) i. aquis Iordanis (lauantē),i. christū purgātē (nephas).i. pctūm (sæcnli),i. sæcli, & est ibi sincopa.

Non fuit vasti spacium per orbis
Sanctior quisquam genitus Ioanne,
Qui nephas sæcli meruit lauantem,
Tingere lymphis.

¶ Et quoniā meruisti christum tingere lymphis tu dico. O nimis fœlix celsi meriti nesciēs).i. ignorās (labē i. sordē (niuei pudoris) i pulchræ castitatis (martyr),i. testis ppotēs, nātu dixisti. Ecce agnus dei. &c. vel (martyr) idest, de collatus (& cultor) idest, habitator heremi) idest, loci solitarij, tu dico maxime vatum) quia propheta & plus quam propheta

O Nimis fœlix meritiq; celsi,
Nesciens labem niuei pudoris
Prępotens martyr, heremiq; cultor
Maxime vatum.

¶ Tres ordines hic notāt. s. tricesim⁹, sexagesimus, & cētesimus, niquibus cōtinētur oīm hoim ordines. s. cōtinētes cōiugati, & virgines, qui & designāt p tres viros. s. per Noe, per Danielē, & per Iob, Per Noe cōiugati, per Iob cōtinētes per Daniel, virgines designāt. Vnde in euāgelio. Alij sūt in lecto. Alij in villa Alij in agro. Hoc tractum de Euāgelio: vbi dicitur de semine iacto in terrā. Aliud sexagesimū. Aliud tricesimū. Aliud cente simū fructū attulit, ideo dr̄ hic serta ter denis (Serta), i. coronæ (terdenis).i. triginta (coronāt (alios. s. coniugatos,

Serta terdenis alios coronant
Aucta crementis duplicata quosdam,
Trina centeno cumulata fructu
Te sacer ornant,

iugatos,qui hñt secũ fidem trinitatis,& ad hærent decẽ pceptis legis:& alia serta(aucta)i.augmẽtata. & duplicata crementis).i.ad duplũ crescentia.s.in sexagesimum fructũ(coronã: quosdam)i.cõtinentes,qui vixerunt in charitate,& hñt sex opra misericordiæ & castitatis,vel charitatis:vt pascere ieiunos:vestre nudos. &c,(& trina).i.tria serta(cumulata) ,i.cõggregata ex ertriginta,aucta per additionẽ denarij.s.per decẽ coronãt te,o sctẽ Ioãnes, qui es virgo(cẽteno fructu)quia cẽtesimus fructus) coronat) i,ornat virgines:et vt breui⁹ exponamus a trescesimo fructu, vel ordine cõiugati:asexagesimo cõtinentes acentesimo virgines post dissolutionẽ corporis &aĩæ coronãtur in æterna beatitudine.Et nota, q̃ trecesim⁹ numer⁹ surgit a ternario & denario,quia coniugati hñt fidẽ sanctæ trinitatis,& ad hærent decẽ præceptis Sexagesimus numerus a senario & denario surgit,quia continentes hñt sex opera mĩæ charitatis.s,pascere ieiunos,&c. Virgines in cẽtessimo ordine ponuntur,& significat perfectionem,quia centenarius numerus surgit a trino trigessimo,& denario.i.decẽ super addito,& ita sunt centũ,per centũ,numerus perfect⁹ intelligitur,& hoc ordine fuit beat⁹ Ioãnes nõ absurde:imo apte scđm loqlã digitorũ.Per tricessimũ numerum coniugatorũ,& per sexagessimũ cõtinẽtiũ,per centessimũ virginũ merces acipitur.Periti em̃ prima cõputacione articulorũ:quã appellãt loqlã digitorũ in sinistra manu ,pquã vita temporalis intelligitur, vsq; in nona ginta nouem solebant computare.Cẽtũ autẽ,& de inde in dextera parte per quã cælestis vita designatur Vnde de quodã cẽtenario habem⁹ in quodã,libro sic.Iã dextera cõputat annos.In hoc loco facit autor numerũ suũ per quinq; digitos manus,scilicet p pollicẽ per indicẽ,per mediũ:medicũ,& auricularẽ . Auricularis in palma posit⁹ significat vnitatẽ,medic⁹ cũ ipso positus duo significat,medi⁹ cũ ipsis positus,scilicet. in medio tria De inde auricularis erectus,medico & medio iacẽtibus quatuor significat.Medicus cũ illo erectus,medio iacẽte in palma quinq; designat.Medius cũ illis erectus sex significat . Itẽ auricularis in palma extensus septem significat.Medicus eodem modo positus inpalma octo significat . Medius simĩ modo positus nouem significat· Index qui vsq; huc nil fecit prædicto modo positus decem significat. Amplexu pollicis adiunctus triginta significat,per quem numerum satis congrue accipitur merces coniugatorum propter illorũ mollem amplexum,& vitæ dilectionẽ & concordiã .Pollex si quidem cum indice firmiter astrictus sexaginta significat: per quẽ numerum satis competenter accipitur merces continentium Graue: enim est ab amplexu & voluptuosa delectione & consuetudine abstinere. Vnde scriptum est Nil cõsuetudine maius.In dextera dicitur cẽtũ,per quen numerũ,quia fit in dextera parte,vita cælestis intelligitur. Non imerito accipitur merces virginũ,quia in hac vita mundam & immaculatã vitã ducentes,cælestem,& angelicam(in quantum possunt(ducunt.

Hinc potens nostri meritis opimis
Pectoris duros lapides repelle,
Asperum planans iter & reflexos
Dirige calles.

¶ Et q̃a tu talis es ,o sctẽ Ioannes potens (repelle) .i. remoue hinc) idest , inde, (duros lapides) idest , incredulitates nostri pectoris meritis opimis)idest. fertilibus.magnis, & fecundis (planans iter asperum) idest , petrosum (dirige calles reflexos)idest,curuos in peccatis,& tortuosos.

F V Vt piu⁹

¶ Vt pius sator) & dr a sero seris idest, creator mundi & redemptor mentibus puris (pulsa liuione) idest, liuore abiecta & venenosa sorde vitiorum veniens dignetur ponere (gressus sacratos (idest, sancta itinera (rite). i. sine offensione.

Vt pius mundi sator & redemptor
Mentibus pulsa liuione puris
Rite dignetur veniẽs sacratos
Ponere gressus.

¶ Superni ciues idest, cælestes angeli celebrant te laudibus (o deus simplex) s. substantia (& trine) scilicet, in personis pariter (nos supplices) idest, humiles (precamur veniam) idest, indulgentiam (parce redemptis) idest dimitte nobis redẽptis peccata nostra: quia redemisti nos sanguine tuo proprio, amen, idest sine fine.

Laudibus ciues celebrant superni
Te Deus simplex pariterq; trine,
Supplices & nos veniam precamur,
Parce redemptis. Amen.

¶ Carmen est trimetrum Iambicum. Canitur in festis Apostolorum Petri & Pauli prosequitur ipsorum laudes

¶ Hic laudat autor Deum in commemoratione Petri et Pauli: qui deputauit illos esse principes ecclesiæ & ptãtẽ dedit illis ligãdi, atq; soluendi vincula pecccatorũ. Vnde rogamus eos, vt reddãt nos deuotos, fide et spe robustos, & repletos fonte geminæ charitatis & faciãt nos viuere post mortẽ (apostolorũ festũ fælix). i. beatũ vel lectũ (præpollet alacriter) i. iocose præ alijs splendet (per oẽs cardines), i. per omnes partes mundi, Apostolorũ dico s. beati petri & pauli sacratissimi. quos Apostolos Christus cõsecrauit almo sanguine, & deputauit), i. constituit eos esse principes ecclesiarum.

FOelix per omnes festum mundi cardines
Apostolorum præpollet alacriter
Petri beati Pauli sacratissimi:
Quos Christus almo consecrauit sanguine.
Ecclesiarum deputauit principes.

¶ Hi sunt duæ oliuæ, i. duæ arbores fructuosæ & redolentes, & sunt (cãdelabra luce radiãtia corã domino). s. lumine virtutũ: quia dñs nõ posuit eos sub modio absconditos, sed super candelebra i. in maiore claritate. s. Romana ciuitate & duo præclara luminaria cæli: & soluũt). i. rumpũt fortia vincula pctõrũ (& reserãt) isti duo. i. aperiũt (portas olympi). i. cœli (fidelibus). i christianis.

Hi sunt oliuæ duæ coram domino,
Et candelebra luce radiantia,
Præclara cæli duo luminaria,
Fortia soluunt peccatorum vincula,
Portas olympi reserant fidelibus.

Habe

Habent supernas potestatem, claudere
Sermone sedes, & pandere splendentia
Limina poli super alta sidera:
Linguæ eorum claues cœli factæ sunt,
Laruas repellunt vltra mundi limitẽ.

¶ Et ipsi, scilicet, Petrus & Paulus habent potestatem claudere supernas sedes) idest, cœlestes (sermone) idest, solo verbo. sicut clausit Ananiæ & Saphiræ cum dixit Petrus. pecunia tua tecum sit, idest, peccata tecũ sint in per ditionẽ (& pãdere) i. aperire, splẽdentia lumina poli (linguæ eorũ claues factæ sunt super alta sidera) i. super omnes doctores ecclesiarum & repellũt laruas) i. culturas idolatriæ. Larua quoddã mõstrũ est, &c. in vultu hominis vt pauorẽ inferat per quasdã phantasias nocturnas, intelligimus peccata, quę Apostoli repellũt ab eis, qui eos sequũtur (vltra limitẽ mundi) i. extra ecclesiã. Nota ꝙ aliud est latria ab idolatria, quia latria est sumæ venerationis cultus soli deo adhibendus vel latria est, voluntaria professio diuinę maiestatis, idolatria vero est cultus deo debitus creaturæ exhibitus. Et hæc differẽtia solet assignari inter latria & idolatria dulia & per dulia, de latria & idolatria quid sit, dictũ est dulia vero est honor, qui debetur sãctis. Vnde de beata virgine sciendũ, ꝙ in quantũ est persona sancta, ei debetur dulia, sed in quantũ, est mater dei, debetur ei hyperdulia. i. magna excellẽtia, quia hyperdulia debetur excelẽti, sicut est caro Christi. Beata virgo, & crux Christi, quia fuit instrumentũ nostræ redemptionis, & cõcordat cũ dicẽtibus, ꝙ est dulia maior & minor, de latria & dulia & differentijs habetur in capit. venerabiles imagines, de cõsecratiõe distin. iij in glosa tibi posita. Itẽ nota, ꝙ idolũ aliquãdo dicitur lignũ vel alia res sic figurata, quãdoqꝫ vero dicitur coniunctum ex imagine demone presidente, & ita sumitur prima ad Corinth. viij. vbi dicitur idolum ꝙ nihil est, Hactenus commendauit autor vtrumqꝫ scilicet Petrũ & Paulum, modo vult tantum modo Petrum cõmendare.

Petrus beatus catenarum laqueos
Christo iubente rupit mirabiliter,
Custos ouilis & doctor ecclesiæ,
Pastor & gregis conseruator ouium,
Arcẽs luporum truculentam rabiem.

¶ Beatus Petrus rupit loqueos catenarũ) quia ceciderunt catenę de manibus eius per angelũ nunciantẽ (mirabiliter) i. fortiter christo iubente. Et ipse custos ouilis, & doctor fidelis ecclesiæ, pastor gregis Christianæ, & cõseruator ouiũ fidelium (arcẽs) idest, repellẽs (truculentam) idest, crudelem rabiem.

Quodcũqꝫ vinclis superterrã strinxerit
Erit in astris religatum fortiter,
Et quod soluerit in terris arbitrio,
Erit solutum super cœli radium.
In fine mundi iudex erit sæculi.

¶ Quodcunqꝫ vinculis) idest, sententijs (strinxerit) idest, ligauerit & constringet (erit ligatum in astris) idest, in cœlis & quod soluerit in terris arbitrio) id est iudicio suo erit solutum super, radium solis vel cœli) & erit Iudex sæculi in fine mundi.

¶ Petrus

Petrus erat talis, qualis superius ostēdit, sed Paulus nō impar huic)s, Petro aequalis(Doctor gētiū, & sacratissimū tēpl.).i. vas electionis: & in morte.i. in passione cōpar)idest, aequalis huic et in corona particeps idest, concors ambo illi lucernae).s. sunt(decus)idest, honor ecclesiae(coruscant claro vibramine).i. magno splendore(in orbe)idest mundo,

Non impar Paulus huic doctor gentiū,
Electionis templum sacratissimum
In morte compar, in corona particeps,
Ambo lucernae, & decus ecclesiae
In orbe claro coruscant vibramine.

¶ O Roma foelix)idest, beata(q̄ purpurata).i. decorata p̄cioso sanguine horū. q̄ passi sunt (tantorū principū)i. tam magnorū.s, Petri & Pauli(excedis).i. superas ōnē pulchritudinē mūdi(nō tua laude, sed meritis sanctorum).i, propter sanctos (quos iugulasti) idest, interfecisti gladiis cruentatis)idest, sanguinolentis, quia inte occisi sunt:

O Roma foelix quae tantorum principū
Es purpurata Precioso sanguine,
Excedis omnē mundi pulchritudinem
Non laude tua, sed sanctorum meritis:
Quos cruentatis iugulasti gladijs

¶ Et quia habetis potestatē ligādi atque soluēdi ergo(O martyres gloriosi .s. Petre & Paule, liliū)i. ornamētum vel flos mundi & milites coelestis aulae triūphales idest victoriosi(munite idest, defendite nos ab omnibus malis nostris, almis precibus & ferte nos super aetherea vsque coelum

Vos ergo sancti gloriosi martyres
Petre beate Paule mundi lilium,
Coelestis aulae triumphales milites
Precibus almis nostris nos ab omnibus
Munite, malis ferte super aethera

¶ Gloria sit deo patri per immēsa saecula i. per inmutabilia saecula: & o tu(nate, i. fili dei viui(dec⁹ & imperium q̄ imperas caelo & terrae, & mari sit tibi honor & potestas (& spiritui sancto indiuidua)idest, inseparabilis, & sit(salus trinitati)quae trinitas vnus deus est salus omnium gentium per infinita saeculorum. Amen.

Gloria Deo per immensa saecula,
Sit tibi nate decus & imperium
Honor, potestas, sanctoq; spiritui
Sit Trinitati salus indiuidua
Per infinita saeculorum saecula, Amen.

¶ Carmen est qurle superius sed cacometrum

¶ O lux lucis),i, fili⁹ patris (perfudisti omne saeculū.. i replesti aurea luce) ,i. praedicatiōe Apostolorum. Lumina aurea dicti sunt Apostoli sapiētię, pferētia splēdorē & bonitati & bonae vitae, quibus nos illuminate & decore rosco)i. rubeo martyrio, .tu etco (decorans coelos,i, coelestes creaturas inclyto martyrio.i. nobili

AVrea luce & decore roseo
Lux lucis omne perfudisti saeculū
Decorans coelos inclyto martyrio,
Hac sacra die quae dat reis veniam

nobili passione(hac sacrā die).s.in hac festiuitate(quæ).s.dies dat reis veniā) i.indulgentiā peccatoribus.

Ianitor cœli, doctor orbis pariter
Iudices sæcli, vera mundi lumina,
Per crucem alter, alter en se triūphans
Vitæ senatum laureati possident.

¶ Ianitor cœli) idest, Petrus ostiarius (doctor orbis) idest, Paulus prędicator pariter idest, simul sunt iudices & sunt vera lumina mūdi alter idest Petrus(triūphās idest, vincens per crucem(alter).i.alius,s. Paulus triumphans ense (laureati) idest, coronati possident senatum) idest, principiatum vitæ æternæ

Iam bone pastor Petre clemens accipe
Vota precantum, & peccati vincula
Resolue tibi potestate tradita,
Qua cūctis cœlū verbo claudis & apis.

¶ Apostrophā facit ad Petrū sic dicēs. O Petre bone pastor clemēs accipe iā vota p̄catū .i. p̄ces & resolue vincula pc̄ti) potestate tibi tradita a chr̄o(qua).s. potestate claudis & apis cœlū)i. p̄disū cūctis verbo.i.sermōe,

Doctor egregie Paule mores īstrue
Et mēte polū nos trās ferre satage
Donec perfectum largiatur plenius
Euacuato, quod ex parte gerimus

¶ O paule doctor egregie instrue).i.cōpone nr̄os mores (& satage).i.labora (trās ferre nos mente, polū).i.cœlestia mēte cogitare, & quæ in cœlis sunt tota mēte desiderare donec).i.quousq̃(perfectū in vtraq̃ parte,i.anima & corpore(largiatur) i.tribuatur nobis in futuro(plenius.i.de⁹ largiatur, illo(euacuato)i.penit⁹ dimisso.s.mortalitate quod gerimus ex parte).i.in hoc corpore, quasi in alia parte hoīs.i.in futuro gloria bitur homo plenius & perfectius data sibi immortalitate vtriusq̃ patris .s, corporis & animæ.

Oliuæ binæ pietatis vnicæ,
Fide deuotos, spe robustos, maxime.
Fonte repletos charitatis geminæ
Post mortē carnis impetrate viuere.

Oliuę binę)i.duo oliuæ(pietatis vnicæ) .i indiuisæ, vel vnius amoris(impetrate) .s. postulate a Deo nos viuere deuotos fide (& robustos) i. firmos(spe maxime repletos sōte geminæ charitatis) scilicet dilectionis dei & proximi, post impetrate viuere, viuere in quā post mortem carnis) idest separationem corporis & animæ.

Sit trinitati sempiterna gloria,
Honor, potestas, atque iubilatio,
In vnitate cui manet imperium
Et tūc, & modo p æterna sæcula Amē.

¶ Sēpiterna gloria).i. ęterna gloria(sit trinitati in trib⁹ p̄sonis & honor sit eis at q̄ iubilatio)i. laudatio sit ei trinitati(in vnitate)s. in vno deo (cui).s. trinitati, quę est vn⁹ Deus(manet imperiū & ex tūc(.i, ab exordio mūdi & modo).i.in præsenti(per æterna sæcula.i, per omnia sequentia. Amen.

¶ Carmen

¶ Carmen est simile dimetro iambico, quale illud Lu-stra sex qui iam. Canitur in festo sanctorũ Angelorum

Tibi Christe splendor patris, vita, virtus cordium,
In cõspectu angelorum votis, voce psallimus,
Alternantes concrepando melos damus vocibus

¶ In hoc hymno intendit autor laudare dñm. intendit etiam in commemoratione sancti Michaelis gratia vel amore ipsius archangeli collaudare omnes angelos sed maxime Michaelẽ, qui est princeps militiæ cœlestis Rogat itaq́, mundos corde & corpore nos reddant. (O Christe qui es splendor patris vita & virtus cordium, quia sicut viuit corpus per animam: ita viuit anima per Christum (psallimus tibi in conspectu angelorum votis ac præcibus) vel corde ore & voce (& damus melos) .i. melodias, vocibus nostris (concrepandoq́ .i. resonando alternantes) idest, vocibus alternatis decantantes.

Collaudemus venerantes omnes cœli milites,
Sed præcipue primatem cœlestis exercitus
Michaelem in virtute conterentem Zabulon.

¶ Nos collaudem⁹ venerantes omnes cœli milites) .i. angelos cœli (præcipue primatem cœlestis exercitus) scilicet Michaelem (conterentem Zabulon) id est, diabolum in virtute crucis Michael interpretatur, quis est, vt deus, quasi dicat, quis est ita fortis, vt deus noster, qui creauit nos ad laudandum se. Per hoc nomen Michael ostenditur, ꝙ nullus potest facere, quæ deus facit.

Quo custode procul pelle rex Christe pijssime
Omne nefas inimici mundo corde & opere,
Paradiso redde tuo nos sola clementia.

¶ Quo custode) .s. Michaele (o Christe pijssime) idest, fortissime (procul pelle) idest, abijce: longe (omne nephas) .i. omne peccatum (inimici) idest diaboli (& redde nos sola, vel sancta clementia tuo paradiso) .i. in requiem, nos dico factos mundo corde & opere) .i. tam in anima quam in corpore.

Gloriam Patri melodijs personemus vocibus
Gloriam Christo canamus, gloriam Paraclito,
Qui deus trinus & vnus extat ante sæcula. Amen.

¶ Et quo custode .s. Michaele, Christus (expellat a nobis longe omne nefas inimici, & faciat mũdos corde & corpore, ideo personemus gloriã patri vocibus melodis) .i. dulcedinis vel dulcibus melodijs, & canamus gloriã Christo) .i. eius, filio, & canamus similiter eadem qualitate gloriam) .i. laudem & honorem paracleto) .i. spiritui sancto (qui extat) .i. manet (deus trinus in personis & vnus) in vnitate substantiæ (ante sæcula) .i. ante omnia sæcula. Amen.

¶ Carmen

¶Carmen est saphicum mixtum adonico. Canitur in Festo Angelorum, quorum auxilium petit.

CHriste sāctorū dec⁹ Angelorū,
Rector humani generis & autor
Nobis æternum tribue benignus
Scandere cœlum.

¶O Christe sanctorum decus angelorum (sanctorum dico ad differentiam malorum. Et nota, quod autor facit hic inuocationem adomnes et singulos bonos angelos (rector humani generis, & autor, tu benignus tribue nobis scandere) idest, ascendere (cælum) idest regnum æternum.

Angelum pacis Michaelem ad istā
Cælitus mittas rogitamus aulā
Nobis vt crebro veniente crescāt
Prospera cuncta.

¶Rogitamus mittas cælitus). i. dirigas (ad istam aulam) idest ecclesiam Michaelem angelū pacis, qui nobis placet Deum. Quoties magna nunciantur a Deo, Michael mittitur, quando vero maiora Gabriel mittitur, vt Mariæ & Zacharię, Ad medelam Raphael mittitur, vt Thobię, ad hoc ergo mittatur: vt cuncta prospera crescant veniente michaele archangelo dei (crebo) idest, frequenter.

Angelus fortis Gabriel, vt hostem
Pellat antiquū, volitet ab alto
Sæpius templum veniens ad istud
Visere nostrum.

¶Gabriel interpretatur fortis angelus idest, fortitudo dei per ꝙ intelligitur, quod fortis fuit & potens addeffendendū fortitudinem Diaboli per virtutē sanctę crucis & Gabriel fortis angelus, volitet (ab alto) idest, cælo (vt pellat antiquum hostem). i. diabolum Gabriel dico (veniēs sæpius ad istud nr̄m templū visere), i. ad istā nr̄am animam siue ecclesiam assidue visitandum condolens miserijs peccatorum.

Angelum nobis medicum salutis
Mitte de cælis Raphaelem: vt oēs
Sanet ægrotos, paritерꝗ nostros
Dirigat actus.

¶O Christe mitte nobis angelum. s. Raphaelem: medicū salutis nostrę Raphael interpretatur medicina Dei, & significat Christū qui tulit nobis de cælis medicinam cuius gratia mūdati sumus ab omni peccato, & liberati ab hoste antiquo (vt sanet) idest curet nos omnes ægrotos) scilicet in mente (& dirigat actus nostros), i. nostras operationes prauas ad bonam operationem.

Hinc Dei nostri genitrix Maria,
Totus & nobis chorus Angelorū
Semper assistat, simul & beata
Concio tota.

¶Et quia facimus inuocationē angelorum Maria genitrix dei nostri: & totus chorus angelorum assistat semper). i. omni tēpore (nobis, s. omnibus & tota concio beata idest exercitus angelorum, nobis assistat simul vt isti intercedant pro nobis,

¶Beata

Præstet hoc nobis deitas beata
Pris, ac nati, pariterq; sancti
Spus, cuius reboat in omni
Gloria mundo. Amen.

¶ Beata deitas).i.patris (ac nati) .i.filij & spiritus sancti) præstet) i.tribuat nobis pariter (hoc) s.quod prædictum est (gloria (cuius spiritus roboat) .i. personat (omni mūdo),.in omnibus apostolis Christianis. Amen.

¶ Carmē est dimetrum iābicū cacometrū. Canitur in festo oium sanctorū quorū omnium intercessionem pro nobis implorat.

CHriste redemptor omniū
Conserua tuos famulos
Beatæ semper virginis
Placatus sanctis precibus

Beata quoq; agmina
Cælestium spirituum,
Præterita præsentia,
Futura mala pellite

Vates æterni iudicis,
Apostoliq; domini,
Suppliciter exposcimus,
Saluari vestris precibus

Martyres Dei inclyti,
Confessoresq; lucidi,
Vestris orationibus
Nos ferte in celestia.

Chorus sanctarum virginum,
Monachorumq; omnium,
Simul cum sanctis omnibus
Consortes Christi facite.

Gentem auferte perfidam
Credentium de finibus
Vt Christo laudes debitas
Persoluamus alacriter

Gloria patri ingenito,
Eiusq; vnigenito,
Vna cum sancto spiritu
In sempiterna sæcula. Amē.

¶ Hic facit inuocationem ad omnes ordines angelorum, & deprecatur eos, vt ipsi adsint nobis & a nobis omnia vitia repellant: & nos purificatos corde & opere ad cælestia regna perducant.

¶ O Christe redemptor omnium) scilicet fidelium (conserua tuos famulos qui tibi famulantur, tu dico, placatus sanctis precibus beatę Mariæ virginis &c.

¶ O beata agmina cælestium spirituū (scilicet, angelorum (pellite quoq;) id est, similiter (præterita mala) idest, vicia præsentia, & futura a nobis.

¶ Vates) idest, o vos prophetæ (æterni iudicis).i.christi (o Apostolis domini ex poscimus).i.depræcamur suppliciter saluari vestris precibus.

¶ O martyres dei incliti) i. nobiles & electi (& cōfessores lucidi) idest, casti, ferte nos in cœlestia regna vestris orationibus.

¶ Chorus sanctarum virginū & omnium monachorum, facite nos Christi consortes) .i.participes cœlestis regni, cum omnibus sanctis.

¶ Auferte idest, remouete (gentē perfidam) idest, infidelem de finibus credentium, & ad quid? (vt persoluamus alacriter) id est, iocose Christo laudes debitas.

¶ Gloria) idest, laus sit (ingenito patri eiusque vnigenito) idest, filio Iesu christo (vna idest, pariter cum sancto spiritu, in sempiterna sæcula, Amen.

iesu

IEsu saluator sæculi
Redemptis ope subueni,
Et pia dei genitrix
Salutem posce miseris.

Cœtus omnes angelici,
Patriarcharum cunei,
Et prophetarum merita
nobis precentur veniam.

Baptista Christi præuius,
Et clauiger æthereus,
Cum cæteris apostolis
Nos soluant nexu criminis.

Chorus sacratus martyrum,
Confessio sacerdotum,
Et virginalis castitas
Nos a peccatis abluat.

Electorum suffragia.
Omnesq; ciues cœlici
Annuant votis supplicum,
Et vitæ poscant præmium.

Laus, honor, virtus, & gloria
Deo Patri & Filio,
Sancto simul paracleto
In sempiterna sæcula. Amē.

¶ Hymnus iste cōtinuatur superiori, sic dixi. O Christe conserua tuos famulos, & bene debes, quia redemisti nos. (O Iesu saluator sæculi subueni i. succurre (redemptis ope) scilicet tuo auxilio (& o pia dei genitrix, posce) i. impetra (salutem) scilicet animarum (miseris). s. nobis peccatoribus.

¶ Omnes angelici cœtus. i. omnis angelorū societas seu exercitus (cunei). i. chori siue sedētium ordines patriarcharum (& merita prophetarum precentur. i. postulent, vel impetrent (nobis veniam) . i. indulgentiam peccatorum.

¶ Baptista Ioannes præuius (. i. pcursor Christi) & clauiger scilicet Petrus (æthereus) id est: cœlestis, cum cæteris apostolis (soluant nos nexu criminis). i. a vinculis peccatorum.

¶ Sacratus chorus) id est, sacer cœtus martyrum, & confessio sacerdotum) id est, iustorum (& castitas virginalis) id est, virginum abluant nos a peccatis.

¶ Suffragia) id est, patrocinia electorum vel monachorum (& omnes cœlici) id est, cœli ciues angeli, annuant) id est, faueant (votis) id est, precibus (supplicū) id est, humilium, vt (poscant) id est, impetrent (præmium vitæ) æternæ scilicet.

¶ Laus, honor, virtus, & gloria supple sit Deo patri, & filio, simul sancto paracleto in sempiterna sæcula. Amen.

¶ Carmen est, quale illud Primo dierum. Canitur in festo diui Martini, cuius laudes prosequitur.

REx Christe Martini decꝰ
Hic latus tua, tu illius,
Tu nos in hunc te colere,
Quin ipsum in te tribue.

¶ Autor cōmendat, & laudat deum de conuersione & habitu beati Martini, quia hic pauper & modicꝰ, cœlū diues ingreditur, quia per constantiā fidei & confessionem trinitatis meruit fieri suscitator trium mortuorum, quorū animæ detinebātur clausæ in inferno. Rogat itaq; dominum, vt sicut per confessionē sanctæ trinitatis tres mortuos suscitauit ab inferno, ita suscitet nos a peccato:

& sicut induit pauperem parte suæ chlamydis, sic nos induat iustitiã. O Christe rex æterne, decus) id est, honor Martini (hic) id est, Martinus est tua laus, tu es salus illius Martini, te tribue nos colere te (in hunc) s. Martinum (quin) i. insuper (tribue nobis ipsum Martinum colere in te) scilicet Christo.

Qui das per orbis cardines
Quod gemma fulget p̃sulũ,
Da, quos p̄mũt culpę graues
Soluat per ingens meritum

¶ Tu quis das, ꝙ Martinus gemma existens præsulum). i. ep̃orum & sacerdotum (fulget). i. splendet (per cardines). i. per angulos (orbis) id est, per quattuor partes mundi (da) id est, cõcede, vt Martinus (soluat per ingens meritum) nos. s. (quos graues culpæ) id est, criminalia peccata (premunt) id est, detinent.

En pauper hic & modicus
Cœlum diues ingreditur,
Cœli cohortes obuiant,
Linguæ, tribus, gẽtes ouãt

En) i. (ecce hic). s. Martinus (pauper) in diuitijs (& modicus) scilicet in persona corporis (diues) in virtutibus exeundo de mundo ingreditur cœlum (cohortes. i. exercitus cœli, obuiant ei (linguæ. s. omnes (tribus). s. Israel. i. Iudæi, gentes). i. gentiles (ouant). i. applaudunt.

Vt vita fulget, transitus
Cœlis & auro splendidus,
Gaudere cunctis pium est
Cunctis salus sit hic dies.

¶ Vt) pro sicut (vita) illius sic (transitus) id est, obitus eius (fulget id est, resplendet (cœlis) id est, in cœlo (& auro) id est, in terra seu in mundo, transitus dico splẽdidus, & ideo, quia fulget (pium est gaudere cunctis. s. hominibus, & (hic dies). i. hoc festum sit salus cunctis. i. omnibus.

Sit trinitati gloriæ:
Martinus vt confessus est
Cuius fidem per opera
In nos & ipse roboret.

¶ Sit gloria trinitati) scilicet patri & filio & spiritui sancto (vt) pro sicut (Martinus confessus est) scilicet fide & opere (fidem cuius). s. Martini (& ipse). s. deus (roboret in nos) id est, in nobis.

MArtine par apostolis
Festũ colẽtes tu foue,
Qui viuere discipulis
Vis aut mori, nos respice.

¶ In hoc hymno commendat autor beatum Martinum per constantiã fidei eius. quam habuit in suscitatione trium mortuorum. (O Martine par apostolis). i. æqualis in triũ mortuorum suscitatione, quia tres mortuos suscitauit, vt apostoli, & quia globus igneus. s. spiritus sanctus descendit super eum (tu foue). i. resuscita a peccato, colentes tuum festũ (qui vis viuere, aut mori discipulis). i. ad vtilitatẽ discipulorum, quia nec mori timuit, nec viuere recusauit. Vnde & ipse effundens orationẽ apud dñm, ait. O dñe si adhuc apostolo tuo sum necessarius, non recuso laborem. Fiat voluntas tua, & quia nec viuere, nec mori recusasti. ideo respice nos vt tuis meritis & precibus mundo corde & casto corpore existentes, aulam cœli ingredi mereamur, sicut fecisti in tempore tuo prælatos ecclesiæ famulos.

Fac nũc quod olim gesseras
Nunc præsules clarifica,
Auge decus ecclesiæ,
Fraudes elide satan.

¶ O Martine fac). i. effice (nunc). i. in hoc præsenti tempore. s. nos esse iustos (quod gesseras) id est feceras olim prædicando (clarifica). i. illumina (nunc præsules). s. ecclesiæ. i. prælatos (auge decus ecclesiæ,

&(elide.).i.frange,vel reprime,fraudes satanæ)idest,diaboli aduersarij.

Qui ter chaos euisceras,
Mersos reatu suscita:
Diuiseras vt chlamidem,
Nos indue iustitiam

Vt specialis gratiæ.
Quodam recorderis tuæ,
Monastico nunc ordini
Iam pene lapso subueni.

¶Tu qui euisceras pro euiscerasti.i. euacuasti(chaos)idest, infernū (ter).i. tres mortuos suscitasti. Tu qui ter instrasti in infernum resuscitando tres mortuos (suscita nos mersos) idest, mortuos reatu).i. culpa per peccatū primi parētis. s. Adæ & propria culpa.vt)pro sicut(diuiseras chlamidem pauperi).s.sic indue nos iustitiam.

¶O Martine subueni) id est, sucurre monastico ordini).i.ordini monachorum iam lapso). i relapso in peccatis (pene)idest,fere,& ad quid,vt recorderis quondam tuæ specialis gratiæ.

¶Carmén est trimetrū iambicum cacometrum. Canitur in festis Apostolorum,quorum potestatem a Christo traditam narrat.

EXultet cælum laudibus,
Resultet terra gaudijs
Apostolorum gloria,
Sacra canunt solennia

¶In hoc hymno facit autor inuocatione ad apostolos, vt ipsi pro nobis deprecētur & suis precibus a nobis vitia reuellāt:vt deus veniētes ad iudiciū,ne pro reatu nos puniat, sed repletos æternis gaudijs faciat. Et nota ꝙ dies iudicij non dicitur ideo ꝙ tunc erit dies,sed quia apparebunt omnia nobis tanquam in die(cælum)idest,cælestis curia(exultet id est,gaudeat laudibus(terra).i terreni,scilicet homines,resultet gaudijs. homines dico(canūt) id est,laudant(sacra solennia)idest,gloria apostolorum.

Vos sæcli iusti iudices
Et vera mundi lumina,
Votis precamur cordium,
Audite preces supplicum.

¶Vos)scilicet apostoli)iusti iudices sæcli idest,sæculi(& vera lumina mūdi,quia totus mundus illuminatur ꝑ dicatione(ꝑcamur vos votis cordiū) idest,præcibus cordis) audite præces supplicum)idest,humilium.

Qui cælum verbo clauditis,
Serasqꝫ eius soluitis:
Nos a peccatis omnibus
Soluite iussu,quæsumus.

¶Qui clauditis).s.peccatoribus(cælū verbo).i.sermone(& solutis).s. bonis (seras idest,clausuras eius(q̄sumus i. ꝑcamur vos(soluite).i. absoluite nos a peccatis omnib⁹ (iussu) i.præcepto.

Quorum præcepto subditur
Salus,& langor omnium.
Sanate ægros moribus,
Nos reddentes virtutibus.

¶Præcepto quorum)scilicet,apostolorum(salus)idest,sanitas (& langor) idest, infirmitas omnium hominum (subditur) id est, subiicitur (sanate ægros) id est, peccatores(moribus) .i.a prauis cogitationibus & voluntate mala peccandi(reddētes nos virtutibus

tibus

bus) idest operationibus virtuosis.
¶ Et rogamus vos: vt cum Christus iudex aduenerit in fine sæculi: faciat nos esse compotes sempiternis gaudijs.

Vt cum iudex aduenerit
Christus in fine sæculi,
Nos sempiternis gaudijs
Faciat esse compotes.

¶Carmen est, quale illud Primo dierum, Canitur in festis Apostolorum, quorum laudes enumerat.

¶Hymnus iste cõtinuatur superiori. s. Exultet cælum laudibus. Nos canẽtes debitas laudes chro in honore apostolorum canamus lætis mentibus). i. iocũdis (gloria. i. ad gloriam apostolorum æterna munera). i. dona Christi, quæ sua pietate nobis largitus est.
¶ Isti sunt principes ecclesiarum: isti sunt triũphales duces belli) idest, triũphantes. Isti sunt (milites cælestis aulę) idest, palacij: & sunt (vera mundi lumina) quia prædicatione illorum illuminatus est mundus.
¶Fides deuota sanctorum). i. obediens (inuicta spes credentiũ: perfecta christi charitas). i. amor (triumphat) idest, superat (principem mundi). i. diabolũ. Vnde, venit princeps mundi huius, & in me non habet quicquam.
¶ Paterna gloria exultat in his) scilicet apostolis (voluntas spiritus sancti) exultat in his (filius exultat in his) quid dicam per singula (cælũ repletur gaudijs) idest exultationibus.
¶ O redemptor quæsumus te nunc). i. in præsenti (vt iũgas præcantes seruulos consortio ipsorum). s. apostolorum (in sempiterna sæcula). i. in æternum & in sæcula sæculorum.

Aeterna Christi munera
Apostolorum gloria
Laudes canentes debitas
Lætus canamus mentibus.

Ecclesiarum principes
Mundi triumphales duces
Cælestis aulæ limites,
Et vera mundi lumina,

Deuota sanctorum fides,
Inuicta spes credentium,
Perfecta Christi charitas.
Mũdi triumphat principē

In his paterna gloria,
In his voluntas spiritus,
Exultat in his filius:
Cælum repletur gaudijs,

Te nunc redemptor q̃sumus
vt ipsorum consortio
iungas præcantes seruulos
in sempiterna sæcula. Amẽ

¶Carmen est asclepiadeum mixtum gliconico. Canitur in festis plurimorum martyrum.

¶In hoc hymno laudat autor deum in commemeratione sanctorũ martyrum quia mundũ cũ põpis suis: & cũ vitijs & concupiscentijs suis demiserunt, & spreuerũt. Vñ in terris laudantur, & in cælis honorantur. Intẽdit itaq; rogare

SCtorũ meritis inclyta gau(dia
Pãgam⁹ socij, gestaq; fortia
Nã gliscit aĩus, pmere cãtib⁹
Victorum genus optimum

deum,

deum, vt nos suos famulos iungat consortio sanctorū martyrum. O socij pāgamus) id est, cantemus (inclyta gaudia). i. præclara merita sanctorū) & fortia gesta (.s. eorum (nam animus gliscit). i. cupit, vel gaudet (promere) id est, laudare tum cantibus (optimum genus victorum) id est, martyrum.

Hi sunt, quos retinens mundus in horruit.
Ipsum, nam sterili flore per aridum.
Spreuere pœnitus, te cꝙ secuti sunt.
Rex Christe bone cœlitus.

℄ Hi sūt. s. martyres quos mūdus retinens). i. dū viuerent in mundo (in horruit). i. odio habuit (nam ipsi). s. martyres (spreuere pœnitus). i. omnino odio habuerūt ipsum). s. mundum per aridum. i. valde siccū (flore sterili). i. nō fructuoso & sequuti sunt te cœlitus (. i. diuinitus, o (Christe bone rex) id est, qui cœlum terramꝙ regis.

Hi pro te furias, atꝙ ferocia.
Calcarunt omnia, sæuaꝙ verbera.
Cessit his lacerans fortiter vngula.
Nec carpsit penetralia.

℄ Hi). s. martyres (calcarūt). i. substinuerunt, passi sunt & vicerunt ꝓ te (furias). i. insidias infidelium (& sæua verbera). i. crudelia, vel fæua. i. iniuste illata, & vngula). i. quoddā genus tormenti (cessit). i. locum dedit his martyribus lacerās (. i. puniens (fortiter). i. vltra quæuis tormēta (nec ꝓ nō (sed & nō carpsit penetralia). s. martyriū vel apostolorū. i. nō fuerūt fracta, vel diuisa eorū viscera, & hoc virtute dei, quia virtus dei erat in eis, vel nō carpsit penetralia). i. intima eorū, & nō potuerūt tormētorū generibus a proposito sancto retrahi. ℄ ANTO. Calcarūt omnia: lege tu calcarūt hominū, tū ex ratione versus, tum ex veterum librorum scriptione Et expone sic. Hi martyres calcarūnt. i. sub calcibus habuerunt, despicatiꝙ sunt & expreuerunt (furias). i. furores (atꝙ ferocia. i. fortia, siue furibunda (& seua verbera) id est immānia ac crudelia flagra (hominum) scilicet Regnum minantium illos. Præsidium illos iudicantium. Canificumꝙ diuersa tormentorū genera in eos exercentium. Quæ omnia pro te (. i propter legem tuam, libentissime & absꝙ vllo mortis timore sustulerunt.

Cæduntur gladijs more bidentium.
Non murmur resonat, non q̄rimonia.
Sed corde tacito mens bene conscia.
Couseruat patientiam.

℄ Ipsi cæduntur. i. iugulātur gladijs), s. crudelibus (more bidentiū). i. consuetudine ouiū (murmur eorū nō resonat, nō querimonia) i. lamentatio non auditur sed mens bene cōscia). i. boni meriti (conseruat patientiā tacito corde (quia fortes, patientes, & firmi erant pro fide Christi in bello.

Quæ vox, quæ poterit lingua retexere,
Quæ tu martyribus munera p̄paras,
Rubri nam fluido sanguine laureis.
Ditantur bene fulgidis.

℄ Et quia omnia hæc pro Christi nomine patiebantur, igitur que vox & q̄ lingua poterit retexere). i. dicere, vel explicare (munera, i. dona, quæ tu martyribus p̄paras nā ipsi rubri). i. rubei (fluido). i. fluēte

 sanguine

ſanguine(dicantur).i.coronantur(laureis)id eſt,coronis bene fulgidis.

¶O ſumma deitas nos ſupplices) id eſt,humiles (poſcimus). i. rogamus te (vt abluas)id eſt,deleas(culpas noſtras) id eſt, peccata nr̄a (& ſubtrahas noxia)id eſt ipſa peccata a nobis,& des pacem famulis tuis(quoq;)id eſt,ſimiliter(nos gloriam) omnes ſcilicet (demus tibi)id eſt,ad honorem tuum per cuncta ſæcula.Amen.

Te ſumma deitas vnaq; poſcimus,
Vt culpas abluas,noxia ſubtrahas,
Des pacem famulis,nos quoq; gloriam
Per cuncta tibi ſæcula.Amen.

¶Carmen eſt,quale illũd Primo dierum, Canitur in feſto martyrum.

¶Materia huius hymni eſt inuocare regem martyrum, vt dirigat ad nos aures ſuæ clemẽtiæ,& quod deliquimus,propter materia ſanctorum,in quorum commemoratione præſens hymnus cantatur,parcere,vel ignoſcere dignetur.O glorioſe rex martyrum corona)id eſt,brauium & merces confitentium nomen tuum(qui perducis reſpuentes terena,ad cœleſtia regna.

Rex glorioſe martyrũm,
Corona confitentium
Qui reſpuentes terrea,
Perducis ad cœleſtia.

¶CANTO. Qui reſpuentes terrena imo terrea,nam alias non ſtaret verſus vt ſuperius in procemio operis huius videre licet.

¶Tu appone aurem tuam benignã (protinus)id eſt,ſtatim noſtris vocibus, & ignoſce quod deliquimus (qui pangimus ſacra trophæa) id eſt, victorias martyrum.

Aurem benignam protinus
Appone noſtris vocibus
Trophæa ſacra pangimus
Ignoſce,quod deliquimus.

¶Tu vincis ſæuitiam tyrannorum in martyribus parcendo cõfeſſoribus (quia nõ vis,vt per martyriũ finiant vitã ſuam tu vince)id eſt,deſtrue (noſtra crimina).i. mala & peccata noſtra (donando nobis indulgentiam) quia tu non vis mortem peccatoris.

Tu vincis in martyribus
parcendo confeſſoribus,
Tu vince noſtra crimina
Donando Indulgentiam.

¶Carmen eſt:quale illud primo dierum. Canitur in feſto vnius martyris:cuius laudem narrat.

¶O Deus tu ſors)id eſt, pars (tuorum militum)id eſt, hæreditas, vnde Dauid Dominus pars hæreditatis meæ(& corona & præmiũ) quia tu ſecundũ meritum tribuis mercedem (abſolue nos nexu criminis)id eſt,la

Deus tuorum militũm
Sors,& corona præmiũ,
Laudes canentes martyris
Abſolue nexu criminis.

queo peccatorum,nos dico(canentes laudes martyris) scilicet huius, cuius hodie festum celebratur.

Hic nempe mundi gaudia
Et blādimenta noxia,
Caduca rite deputans,
Peruenit ad cœlestia

Pœnas cucurrit fortiter:
Et sustulit viriliter:
Pro te effundens sanguinem,
Aeterna dona possidet.

Ob hoc præcatu supplices
Te poscimus pijssime,
In hoc triumpho martyris
Dimite noxam seruulis.

MArtyr dei qui vnicum
Patris sequendo filium
Victis triumphas hostibus
Victor fruens cœlestibus.

Tui præcatus munere
Nostrum reatum dilue,
Arcens mali contagium,
Vitæ remouens tædium.

Soluta sunt iam vincula
Tui sacrati corporis,
Nos solue vinclis sæcli.
Amore filii dei.

¶ Hic martyr deputans) idest, iudicans, vel æstimans(rite) idest, recte (gaudia mundi & blandimenta noxia & caduca, supple esse (peruenit nempe) idest, certe ad cælestia regna.

¶ Et ipse fortiter id est constans forti animo(pœnas)idest, tormenta huius mundi(cucurrit) idest, festinanter transiuit(& sustulit)idest, sustinuit illas pœnas viriliter effundens sanguinem suum, & ideo possidet æterna dona.

¶ Ob hoc)idest, propter hoc, quia sanguinē fudit:o pijssime pater (nos supplices poscimus te). i. precamur te(precatu)idest, precibus humilib⁹ in hoc triumpho idest,in hac victoria martyris(dimitte noxam) idest, culpam seruulis.

¶ Materia huius hymni est, vt relictis delectationibus,& vanitatibus huius sæculi bona opera exercendo Deū consequamur. (O martyr Dei) fuisti victor victis hostibus,tu dico triumphas sequendo vnicum filiū patris,es modo fruens cælestibus bonis.

¶ Et quia tantis bonis fueris dilue idest,extingue reatum(idest,peccatum nostrum, tu dico (arcens contagium mali)idest, diaboli (remouens tædium vitæ scilicet, famen, sitim, nuditatem, frigus, scilicet tionando nobis temporalia necessaria in hoc mundo.

¶ Et quia vincula tui sacrati corporis sunt iam soluta a nexibus huius sæculi dissoluti & es cum Christo, sic & solue nos a vinculis sæculi) idest,absolue nos a peccatis nostris,tuis precibus, & hoc amore filij Dei.

¶ Carmen est,quale illud Nocte surgentes. Cantatur in festo confessorum.

¶ Materia huius hymni est, quod totis viribus deum super omnia laudare debemus. Intendit etiam autor in hoc hymno tractare de ascensione illius confessoris, in cuius memoria præsens hymnus totis laudibus celebratur (iste cõfessor dñi sacratus a dño (lætus).i. exultans (meruit hodie).i. in hac die (scandere).i. ascendere (secreta cæli).i. ad cælos (festa cuius).s. scti plebs) deuota.s. celebrat per totũ orbem. ANTO. Hac die lætus legit, pro quo legebatur hodie lætus, vt sit trochæus in primo loco, & non pyrrhichius, si hodie legatur, quemadmodum superius dictum est. Legit etiam sacrata, & non secreta.

Iste confessor domini sacratus,
Festa plebs cuius celebrat per orbem,
Hoc die lætus meruit sacrata
Scandere cæli.

¶ Qui).s. cõfessor fuit pius .i. sanctus & misericors, imo erga deum religiosus & præceptorum suorum obseruantissimus (prudẽs) .i. prouidens & sapiẽs circa diaboli, mundi, atque carnis irritamenta (humilis) i. non superbus, cui animi facilitas erat omnis expers iracũdiæ (pudicus, scilicet, in verbis (sobrius) in cibis (castus) scilicet in corpore & in anima (& quietus) idest, tranquillus (dum).i. donec (vegetauit) idest, nutriuit (artus).i. membra corporis eius (præsens vita, idest, quando erat in hoc sæculo.

Qui pius, prudens, humilis, pudicus,
Sobrius, castus fuit & quietus,
Vita dum præsens vegetauit eius
Corporis artus

¶ Ad sacrum tumulũ cuius).s. cõfessoris, (membra languentum).i. ægrotantium restituuntur modo) .i. in præsẽti (sanitati) idest saluti (frequenter) idest, cũ frequentatione (quolibet morbo) idest, a quacunque infirmitate illa mẽbra fuerint grauata.

Ad sacrum cuius tumulum frequenter
Membra languentum modo sanitati,
Quolibet morbo fuerint grauata
Restituuntur.

¶ Vnde nunc nr̃ chorus) idest, nostrorum fratrum (canit hunc hymnũ in honorẽ ipsius).s. confessoris libẽter).i. voluntarie, & ad quid animus, (vt iuuemur pijs meritis) idest, patrocinijs & orationibus eius (per omne æuum).i. per cuncta sæcula.

Vnde nunc noster chorus in honorẽ
Ipsius, hymnum canit hunc libenter
Vt pijs eius meritis iuuemur:
Omne per æuum.

¶ Sit salus i. gloria (decus) .i. honor (atque virtus) scilicet, semper sit illi deo (qui residens super cacumen). i supra altitudinem cæli (trinus) in personis (& vnus) in essentia (gubernat machinam) idest, fabricam totius mundi.

Sit salus illi, decus, atque virtus
Qui supra cœli residens cacumen.
Totius mundi machinam gubernat
Trinus & vnus, Amen.

¶ Carmen est, quale illud Primo dierum. Canitur in festo virginũ in quarum laude versatur.

¶ Iesu

IEsu corona virginum,
Quem mater illa concipit,
Quæ sola virgo parturit,
Hæc vota clemens accipe.

¶ In hoc hymno laudat autor deũ in commemoratione sanctarum virginũ quæ domando fragilẽ sexum meruerunt scandere secreta cœli. Rogat itaq; deum, vt nesciamus vulnera corruptionis. O Iesu corona virginum, quem).s. mater illa mirabilis (concepit).s. sancta Maria (quæ sola .s. mater inter alias virgo parturit, tu clemens (accipe id est, suscipe (hæc vota nostra) i. has preces.
¶ CANTO. Quem mater illa concipit, sic legendum precipit, non concepit, & est præsens pro præterito, ex ratione carminis: quod non recipit spondæũ vel trochæum in quarto loco.

Qui pascis inter lilia
Septus choreis virginum,
Sponsas decorans gloria,
Sponsisq; reddens præmia

¶ Tu qui pascis) id est, lætaris (inter lilia id est, bona opera (septus) id est, circundatus choreis) id est, ordinibus virginum, & es (decorans) id est, coronans (sponsas gloria) & reddens sponsis præmia.

Quocunq; pergis, virgines
Sequuntur, atq; laudibus
Post te canentes cursitant,
Hymnosq; dulces personant

¶ Quocunq;) idest, ad quecunq; locũ) pergis, illæ virgines sequuntur te, atq; canentes cursitant) id est, currunt (post te laudibus) (que) pro & (personant) id est, valde sonant illæ virgines (dulces hymnos) .i. laudes.

Te deprecamur, largius
Nostris adauge sensibus,
Nescire prorsus omnia
Corruptionis vulnera.

¶ Et quia virgines personant tibi laudes (deprecamur te adauge largius) id est, augmẽta amplius nostris sensibus) & (da prorsus) id est, omnino nobis omnibus nescire vulnera corruptionis.

¶ Carmen est, quale illud, Nocte surgentes. Canitur sicut superius in festis sanctarum virginum

VIrginis proles, opifexq; matris,
Virgo quẽ gessit, pepitq; virgo
Virginis festũ canimus trophæum
Acipe votum.

¶ Materiam huius hymni est canere deo laudes, & 'sequivestigia eius. Cõmemoratio sanctarũ virginum agitur in isto hymno (O proles). i. o fili Mariæ virginis, & o (opifex) .i. creator, matris, quẽ .s. te (virgo) .s. Maria (gessit) .i. portauit (virgo) .s. Maria (peperit) .i. parturijt (nos canimus festum virginis, trophæum) .i. victoriam, & ideo (accipe) .i. suscipe (votum) .i. preces nostras.

Hæc tua virgo duplici beata
Sorte, dum gestit fragilẽ domare
Corporis sexum, domuit cruentũ
Corpore sæclum.

¶ Hæc tua virgo est btã duplici sorte) .s. castitate, virginitate, & martyrio (dũ gestit .i. desiderauit (domare) .i. macerare (fragilẽ sexum) .i fœmineum, quia sexus fragilis est & illa (domuit) .i. deuicit (cruentũ) .i sanguinolentum vel crudelẽ (sæculum) .i. diabolum (corpore,

Vnde nec mortē, nec amica mortis,
Sæua pœnarum genera pauescēs,
Sanguine fuso meruit secreta
Scandere cæli,

¶ Vnde quia domuit fragilē sexum.s.corpus suum(nec) pro & non fuit(pauescens).i.timēs mortem(nec sæua genera pœnarū) nec fuit amica mortis) i.diaboli vel peccati,& ideo(sanguine fuso).i.consummato martyrio:ipsa virgo(meruit scandere).i.ascendere(secreta cæli).i.ad cælos. ¶ CANTO. Secreta scandere cæli, castiga tu sacrata, vt stet versus. Secreta enim primam producit: essetque spōdeus in quarta sede; cum debeat esse in quarto loco trochæus.

Huius obtentu, deus alme, nostris
Parce iam culpis vitia remittens:
Quo tibi puri resonemus almū
Pectoris hymnum.

¶ Et quia meruit scandere cælū, o alme de⁹(parce iā culpis).i.peccatis(obtentu).i. p̄ce vel orōne hui⁹ virginis vita remittēs(quo) p vt(nos puri). i.casti(resonem⁹ almū hymnū).i.cāticū.i. cātem⁹ sanctam laudem(tibi)idest,ad honorem tuum: Gloria tibi domine, qui. &c.

¶ Carmen est cacometrum, quale illud. Lustra sex, Canitur in dedicatione ecclesiæ.

VRbs beata hierusalē, dicta pacis visio
Quę cōstruit̄ ī cælis viuis ex lapidib⁹
Et angelis coronata, vt spōsata comite.

¶ In hac cōmemoratiōe cælestis Hierusalem autor laudat Deū, qui hoc sacro templo infundit iugiter suā benedictionē, quapropter rogare Deum debemus, vt in hoc templo sancto suo omnes promereamur aquirere æterna bona, & adepta cum suis sanctis perenniter possidere.

¶ Hierusalem beata vrbs).i.ciuitas cælestis cōstituta vel cōstructa de aīabus sanctorū: qui sunt viui lapides(est dicta).i.interp̄tata(visio pacis)quæ, hierusalē.s.(cōstruitur in cælis ex viuis lapidib⁹).i.sanctis animabus illa dico vrbs beata Hierusalem(coronata).s.angelis(vt spōsata).i.sponsa(comite).i.sponso. i.sicut mulier ornata est viro, idest, sponso, ita ecclesia Christo.

Noua veniens e cælo, nuptiali thalamo
Præparata, vt spōsata copuletur dn̄o:
Plateæ, & muri eius ex auro purissimo.

¶ Ita noua spōsa) .i. sctā ecclesia(veniens e cælo). i.Christo, ista dico(p̄paratanuptiali .i. virginali (thalamo).i.lecto vel lauacro baptismatis(vt)pro sicut(sponsata copuletur). i.coniugatur Domino(Plateæ).i.viæ.s.perfecti ambulantes in vijs Domini (& muri).i.prædicatores illius sponsæ sunt(ex auro purissimo).i. ex splendore sanctorum, qui splendidi efficiuntur vt aurum purissimum.

Tunsionibus, pressuris expolliti lapides,
Suisq; aptātur locis per manus artificis
Disponuntur permāsuri sacris ædificijs.

¶ Lapides.i.sctī martyres(expoliti).i. aptari ad ædificādū(tunsionibus). i.percussionibus: & afflicti(pressuris).i.tribulationibus. Sicut lapides in muro sunt ædificati, ita animæ sanctorum sunt ordinatæ in paradiso(que)pro &(aptātur).i.ordinātur, vel disponuntur suis locis(per manus artificis).i.per manus filij Dei, lapides dico(permansuri sacris ædificijs)idest, cælestibus ædificijs.

Portæ

Portæ nitent margaritis aditis patētib⁹,
Et virtute meritorū illuc introducitur
Oīs.q̄.p chr̄i nōīe in hoc mūdo p̄mit.

¶Portę.s.illius tēpli)nitēt(i.splēdēt(margaritis).i. virtutibus(aditis).i. liminibus vel introitu(patētibus).i.apertis(oīs).i.chr̄ian⁹(q̄ .p chr̄i noīe p̄mit).i.cruciat(in hoc mūdo).i.in hoc sc'lo (introducit illuc).i.in cęlestē hierl'm(v̄tute meritorū) i.bonorū operū suorū.

Angularis fūdamētū lapis chr̄s miss⁹ ē,
Qui cōpage parietis in vtroq; nectitur
Quē scā sīō suscepit:ī q̄ credēs p̄maēt.

¶Chr̄s dr̄ lapis angularis, q̄a a Iudæis fuit reprobat⁹. Vñ dauid.Lapidē quē reprouauerū ædificātes. &c. Tñ duos ppl'os in vnū cōiūxit.s.Iudaicū & gētile:q chr̄s fili⁹ pduxit nos ad æternā btitudinē(summi regis).i p̄ris(chr̄s fundamētū(toti⁹ ecclesiæ(missus est a p̄re.l.fact⁹ est lapis ang'aris(q)lapis(nectit).i.cōiūgitur(cōpage).i. cōiūctiōe parietis(ī vtroq;).i.ī duob⁹ ppl'is.s.in Iudaico & gētili(quē).s.chr̄m(siō suscepit scā)Siō interpretatur ecclesia.l.specl'atio(in quo)s.chr̄o,vel ecclesia (credēs).i.chr̄ianus,q credit(permanet)firmiter stat.s.in fide sanctæ ecclesiæ.

Omnis illa deo sacra & dilecta ciuitas
Plena modulis ī laude,& canoro iubilo
Trinū deū,vnū quoq; cū fauore p̄dicat.

¶Omnis illa ciuitas).i. ecclesia militans(deo).i.ad honorem dei(est sacra) i. sacrata(& dilecta.i.amata a deo (& plena modulis).i. cantilenis angelorū in laudē dei(& canoro).i.cantu,vel (canoro iubilo).i.duplici exultatione.Iubilus est gaudiū illud: q̄ est interius in homine q̄ omino nō potest referri,nec omino tacetur præ animi exultatione,& sancta ecclesia(predicat trinum deum)scilicet,in personis(quoque) pro &(vnum)in substantia vel essentia(cum fauore)idest, cum prece.

Hoc in tēplo sūme de⁹ exorat⁹ adueni,
Et clemēti bonitate p̄cū vota suscipe,
Largā bn̄dictionē hic infunde iugiter.

¶O summe deus exoratus scilicet,a nobis,idest,tu deprecatus:(adueni) per gratiam in hoc tēplo) idest, in ista sancta ecclesia(& suscipe vota)idest,preces vel orationes deuotas(precum).i.rogantiū te(clemēti bonitate).i.tua misericordia vel pietate(infunde) i immitte(hic iugiter).i.perenniter,vel assidue largam benedictionem.

Hic,p mereātur omnes petita acquirere
Et adepta possidere cū scīs p̄enniter:
Paradisum introire trāslati in requiē.

¶Hic).s. in sacra Ecclesia, vel hic).i.in illo loco,cōgregatio omnium fideliū, vel omnes fideles(promereantur).i.mereātur(acquirere).i.ad ipisci & obtinere petita).i. iustas & sanctas suas petitiones(& mereantur possidere).i.retinere (perenniter).i. perpetuo (adepta).i.præcibus suis acquisita:& mereantur(introire).i ingredi(paradisum)idest,cælum(cum sanctis)idest,iustis,fideles dico,(trāslati in requiem) idest,in gaudium sempiternum. Amen.

¶Carmē est dimetrū iābicum cacometrum. Canitur in festo beatæ Mariæ Magdalenæ ad vespertinas horas. Memorat quemadmodum pœnitentia ducta, ante christi pedes delictorum veniam consecuta, est adeo vt ipsum resurgentem a mortuis prima videre mereatur. Eamq; exorat, vt pro nobis stet aduocata.

Lauda mater ecclesia,
Lauda Christi clementiã.
Qui septem purgat vitia
Per septiformem gratiam.

¶ Materia huius hymni est laudare deũ in cõuersione Mariæ Magdalenæ, cuius habitũ & consuetudinẽ pteritã tãg't, gloriosam conuersationẽ eius celebrãdo. Narrat n. autor quẽadmodũ prius peccatrix, & fere iã ab ipsa fauce tartari detẽta redit ad vitæ ianuã per lamẽta pœnitẽtiæ, & lacrymarũ affluentiã: cuius conuersionẽ imitãtes pctõres, ad eius beatitudinẽ peruenire merebũtur (o mr̃ ecclesia).i. o fidelis cõgratio christianorũ (lauda).i. verbis ex tolle (clementiã).i. misericordiã Chri (qui purgat).i. emũdat & extirpat in Maria Magd. septẽ vitia).i. septẽ peccata mortalia, & hoc (per septiformẽ gratiã).i. per septẽ dona spũs sancti, q̃ sunt sapiẽtia, intellect', cõsiliũ, fortitudo, sciẽcia, pietas & amor, vel dic p septiformem gratiam.i per septem virtutes quæ opponuntur peccatis, vt humilitas superbiæ, & castitas luxuriæ, & diligentia accidiæ, & sic de singulis.

Maria soror Lazari
Quæ tot cõmisit crimina,
Ab ipsa fauce tartari.
Redit ad vitæ præmia.

¶ Declarat qualis fuerit ante cõuersionẽ, & qualis effecta sit post, dicẽs (Maria). s. Magdalena, a Magdalo castro cognominata, & dicta est Maria. q. amarũ mare, et Magdalena. q. manẽs rea. hoc aperiet cathalogus sanctorũ (soror Lazari cõmisit tot crimina).i. tanta & tã inhonesta genera peccaorũ, quod (amisso nomine) peccatrix dicebatur, & sic cognoscebatur (redit ad præmia) id est ad dona, vel limina) vitæ,.s. æternæ. & hoc (ab ipsa fauce tartari.

Post fluxæ carnis scandala.
Fit ex lebete phiala.
In vas translata gloriæ.
De vase contumeliæ.

¶ Fit. s. Maria Magdalena (phiala).i. vas aureũ pciosum, quo vt habetur. Exo. xxv. offerebantur odoramẽta in templo (ex lebete).i. ex vase illo, per quod eius peccata designantur, quia lebes olla ænea est, seu vas coquendi aliquid super ignẽ (& hoc post scandala).i. post peccatã scandalosa carnis fluxæ(.i. fragilis & spurcissimæ (trãslata in vas gloriæ).i. in habitaculũ Dei (de vase cõtumeliæ).i. malitiæ & spurcissimi peccati

Aegra currit ad medicum
Vas ferens aromaticum,
Et a morbo multiplici
Voce curatur medici.

¶ Aegra). s. Maria Magd. i. infirma põdere pctõrũ cucurrit ad medicũ). s. Christum quia vitæ pristinæ non sustinuit detrimentum. sed afflata sancto spiritu iuitat domũ Simonis leprosi (ferens vas aromaticum).i. plenum vnguenti nardi pistici preciosi aromaticus. a. um. ab aroma. tis. græcæ descendit, quod latinæ sonat odoramentum ex speciebus odoriferis confectum (& curatur) i. sanatur (a multiplici morbo).i. ab immundissima pctõrũ lepra & hoc voce).i. per vocem (medici) quia dixit Iesus, remittuntur ei peccata multa, quia dilexit multum.

Contriti cordis vnctio
Cum lachrymarũ fluuio.
Et pietatis actio
Ream soluit a vitio.

¶ Vnctio contriti cordis). s. ipsius Magdalenæ perungens dominum (cum fluuio) id est, abundantia lachrymarum, & (actio pietatis(.i. actus. l. demonstratio pietatis siue exercitiũ: quia deuotis lachrymis cœpit rigare pedes domini & capillis ter-

gere

gere(soluit)zeugma est ab inferiori,nã hoc verbũ rñdet supradictis noĩnatiuis,soluit dico.i.absoluit(ream.i.Magdalenã peccatricẽ(a vitio).i.a peccato.

Surgentem cum victoria
Iesum vidit ab inferis,
Prima meretur gaudia.
Quæ pl9ardebat cæteris

¶ Diximus,ꝙ ꝑ affluentiã lachrymarũ & magnã cõtritionem curata fuit a medico, declarat aũt quantũ valuere lachrimæ illæ .s.ꝙ prima vidit Iesum.s.post Mariam matrem(resurgentem ab inferis cum victoria) .s. propter spolium animarum sanctarum spectantiũ eius aduentum,& quia(ardebat plus cæteris).s.discipulis domini Iesu(meretur prima gaudia).s.resurrectionis dñicæ,& poterit esse prima : tã nominatiuus quam accusatiuus.

Vni deo sit gloria,
Pro multiformi gratia,
Qui culpas & supplicia,
Remittit,& dat præmia

¶ Et quia Christ9 remisit tot tãta ꝙ pctã Mariæ Magda.vt daret fiduciã pctõribus sperandæ pietatis (gloria sit vni deo ꝓ sua gratia multiformi). i.infinita, qui remittit culpas & etiã (supplicia). i. tormenta, siue pœnas debitas pro peccatis(& dat præmia). i. recte conuersis peccatoribus concedit gloriam æternam,hoc est,seipsum,cuius fruitio est gloria æterna.

¶ Carmen est,quale illud Primo dierum,sed cacometrum. Canitur ad horas vespertinas in festo diui Iacobi maioris, cuius merita commendans,Petit nostras preces exaudiri.

Hic iudicãdis ouibus,
Et iudex agnoscẽtib9.
Sũ.no,qui fulsit merito,
Sit pius in iudicio.

¶ Materia pñtis hymni laudes beati Iacobi apl'i ꝓsequitur,& ꝑ eius intercessionẽ petit.a deo pces celebrãtiũ sua festa exaudiri & cõcedi,& primo petit vt in iuditio sit pius.O.s.deus (hic iudex). s. a te cõstitutus nã dr̃ Matth.xix. sedebitis & vos super duodecim sedes iudicãtes duodecim tribus Israel(qui fulsit idest, electus & splẽdidus fuit(summo merito),i.secũdũ eius pclara merita(Sit pi9) .i.mitis & misericors in iuditio(& hoc ouib9 iudicãdis).i. ad iudicãdas oues (agnoscentibus).s. eum vel te,o deus per eum vel(agnoscentibus s pctã sua quia qui nõ agnoscũt hic pctã sua ꝑ penitentiã,& qui non credũt iã iudicati sunt,& pcisi ab ecclesia secũdũ Augustini.

In his sacratis precibus
Absolue nos erroribus,
Stãtes ne cadãt robora:
Lapsos vt surgãt,adiuua

¶ O sanctæ Iacobe,scilicet vel potius o de9 (absolue nos erroribus. i. ab erroribus & peccatis nostris (in his precibus sacratis) .i.dedicatis tibi &(robora) i.fortifica stantes).i.permanentes in statu gratiæ (ne).i vt non (cadant). s.in peccata &(adiuua lapsos)vt surgant.s. a peccatis,in quibus iacent,& sepulti sunt.

Apostoli qui nomine
Hæc festa colunt hodie,
Solennitati cælibum
Intersint in perpetuum.

¶ Petit etiam(vt qui colũt)idest,celebrãt & venerantur hodie hæc festa(nomine). i. sub nomine apl'i.s.Iacobi(intersint). i. associentur, & præsentes sint(inperpetu ũ).i.in æternum(solennitati) i. festiuitati, & gloriæ(cælibum).i.vitam cælestem agentium, aut sanctorũ,nam cælebs dicitur coniugij expers,cælo aptus siue cælo beat9

¶ O deus

¶ O deus sancta trinitas). i. o Deus trinus & vnus(omnes fideles collaudent)idest, adorent, superexaltent, & benedicant te(vt exaudias supplices)s. eos. i. suppliciter decantātes(& conferas). i. dones pacē cūctis.

Vt supplices exaudias,
Pacē cunctis & conferas;
Omnes fideles, te deus
Collaudent, sctā trinitas:

¶ Carmen est quale superius. Canitur in eodem festo, & incitat Hispaniam ad laudes sui gloriosi ducis decantandas.

¶ Gloriosissim. hymni pñtis materia vlterioris citeriorisq; Hispaniæ incolas, indigenasq; exhortatur, vt eximii patroni sui Iacobi solennitatē gaudiis attollat, p cæteris nationibus, tū quia p ei⁹ saluberrimā prædicationē idola reprobauit, tū etiā quia sui sacratissimi corporis thesaurū tāquā depositū seruat, īquit ergo(o Hispania) est aūt Hispania regio nræ Europæ, dicta prius iberis ab ibero, postea vero ab Hispano siue ab hispali Hispania cognominata est Hispania aūt tribus est disiūcta noībus. Tarraconēsis in qua numātia vrbs erat clarissima. Bæthica vbi Hispalis & Corduba Lusitania vbi Emerita est, autor est mella (fœlix). i. nobilis pp tm̄ prōnū gaude). i. lætare exultās. i. gaudēs & te glificās(mētib⁹ lætis). i. verbis, mēbrisq; festiuis. Exulto em̄ de ex & salto dr̄ (cātando laudibus dignis solemnia). i. festiuitatem(tui ducis). i. tui gloriosi patroni Iacobi.

GAude fœlix Hispāia
Lætis exultās mētib⁹
Tui ducis solennia
Dignis cātando laudibus.

¶ Declarat quare debeat exultare, dicens, quia(hic est ille)p excellētiā dr̄. magnificus miles). i. nobilis & magnanimus(potēs certamine). i. incertamine nā multa miracula operatur cotidie(primus glificus). i. glificatus & laureatus palma). i. victoria & corona martyrii sui(agmine). i. ex agmine & numero apostolorum, quare autem dicatur primus siue maior vide superius.

Hic est ille magnificus
Miles, potens certamine:
Primus palma glorificus
Apostolorum agmine,

¶ Qui. s. btūs Iacobus(deductus). i. vectus naui(iriā). i. ad illū locū iria. enim ciuitas est Boetiæ. iria aūt flauia vulgariter dr̄, El padrō, in gallecia, ad quā btūs Iacobus post mortē delatus fuit (post sniam mortis) dictatā ab herode per Abiatar (dedit tibi) o hispania siue iria(notitiā). i. cognitionē(curiæ regnū cœlestis). i. gloriæ paradisi

Qui post mortis sententiā
Naui deductus Iriam,
Tibi dedit notitiam
Regni cœlestis curiæ.

¶ Dico, q dedit tibi, notitiā regni cœlestis (vt reprobares). i. spneres(idola). i. falsos deos(cū oībus p aculis). i. pctis expiatione dignis(iā facta). i. te iam existēte vel(facta) i. effecta(credula miraculis multis visis) i. p multa miracula a te visa & ab ipso facta ad gloriā dei, vel dic, vt tu facta iam credula multis visis, reprobares idola.

Vt reprobares idola
Cum omnibus piaculis,
Iam fide facta credula
Multis visis miraculis.

¶ Carmē est, dimetrū iābicū cacometrū. Canit̄r ad horas vespinas in festo btæ Annæ, mris mariæ gētricis dei Narrat quēadmodū diuino nutu cōcepit, & peperit gloriosissimā virginem Mariam.

Clara

Clara diei gaudia
Decãtet nũc ecclia,
In Anna Dei famula
Pangẽs cœli miracula.

¶ Totus hic hymnus tractat de laudib⁹ beatæ Annæ pcelsæ genitricis dei Mariæ matris cui⁹ genealogiam a regibus & sacerdotibus tãgit eiusq; vitæ statũ demonstrat, dicens quod matrimonio fœlici nupta fuit nobili viro Ioachim primũ, ex quo progenuit Mariã matrẽ redemptoris, & post eius obitũ, annuẽte dño, habuit alterũ, cuius nomẽ Cleophas ex quo habuit alteram Mariã matrẽ Iacobi minoris & Simonis & Iudæ, deinde habuit tertiũ virũ qui fuit Zebedeus, ex quo habuit Mariam matrẽ Ioannis Euangelistæ, & Iacobi maioris. Itaq; per eius intercessionem petit nobis autorem omnium reddi propitium, dicens (ecclẽsia decãtet nunc gaudia clara Dei). s. huius præsentis festiuitatis anniuersariæ diuæ Annæ (pangens) i. decantans (miracula cœli). s. esse completa (in Anna famula) i. serua Dei.

Anna regum progenies,
Et sacerdotum series
Stirpẽ illustrẽ patribus
Suis donauit actibus.

¶ Laudat eã a gñe & ab opib⁹, quibus genealogiã suã decorauit Anna (appositiue) pgenies (regũ) i. descẽdẽs a gñe regũ, & existens caput gñationis regis regũ (& series) i. ordo & discursus sacerdotũ & patriarcharũ (donauit suis actib⁹) i. suis operib⁹, & meritis sanctis dedit vt decebat semper orõnibus & ieiuniis insistẽdo (prĩbus) i. suis antecessorib⁹ (stirpẽ) i. filiã Mariã (illustrẽ) i. nobilẽ, nõ. n. primã visa est, nec habere secũdã.

Nupta Dei iudicio
Fideli matrimonio,
Iuxta verbum angelicũ
Fructũ cõcepit cœlicũ.

¶ Nupta) i. coniugata fuit Anna (iudicio Dei) i. diuina voluntate (matrimonio fideli (i. debita castitate celebrato, cui peccatũ deest, vt ait Beda (cõcepit fructũ cœlicũ) i. Mariam reginã cœlorũ (iuxta verbũ angelicũ) dixit enim angelus Annæ, ecce Ioachim vir tuus, ex quo cõcipies, vestras enim preces deus exaudiuit.

In fœcunda pro tẽpore,
Prole marcescẽs corpe
Sed iã p patrẽ luminũ
Parit reginã virginum

¶ In fœcũda) s. fuit beata Anna. i. sterilis (p tẽpore) s. aliquo & multo suæ ætatis, vel gratia tẽporis. i. senectutis suæ (marcescẽs (. i. marcida vel exiccata (ple) i. quo ad plẽ (corpore) s. exiccato, cuius causa pontifex despexit Ioachim quia nõ reliquerat prolem in Israel iam senex sed per patrem luminũ) i. gratia patris luminum, hoc est dei omnipotentis (parit iam reginam virginum) i. virginẽ Mariam, virginum decus egregium

Obtentu Annæ filia
Maria plena gratia
Nobis autorem omniũ
Reddat semp propitiũ,

¶ Petit beatæ Annæ intercessionẽ apud deum dicens (Maria filia plena grã reddat) i. efficiat nobis (autorẽ omniũ) i. deũ omnipotẽtẽ propitium) i. mitem & misericordem, & hoc) obtẽtu) i. interuentione Annæ. s. matris tuæ.

Sit laus paterno lumini,
Sit filio vel flamini,
Qui nos pœnæ meritũ
Cœli transducat aditũ.

¶ Laus sit prño lũini) i. deo prĩ & filio (vel i. etiã (flamini) i. spũi scõ qui. s. deus trinus & vnus (trãsducat accipe simplex verbũ solũ, & dic, ducat (nos trãs aditũ cœli) i. intra ipsũ cœlũ (p meritũ annæ. s. mrĩs mariæ genitricis dei

¶ Carmen est, dimetrum iambicum, sed acometrum, Canitur in festo b. Laurentij ad horas vespertinas, cuius martyrium describit & constãcia in passione demonstratur.

O mira

O Mira patientia
Mēbra torrētur omnia.
Ipse tamen tortoribus
Spretis insultat ignibus.

¶ Præsentis hymni materia tractat de laudibus beati Laurētij, demōstrat autē eius cōstantiā in patiēdo, intercessionēq; ei⁹ apud deū petit, dicit ergo. (O mira patiētia .i. admirabilis & laudāda (mēbra omnia) s. sctī Laurentij (torrentur) .i. adurūtur assando (tamen ipse). s. Laurētius insultat) .i. illudit tortorib⁹ (ignib⁹ spretis) pro gloria paradisi.

Sæuit ignis exterius.
Intus sæuire nescius,
Nam resistit potentior
Ignis alter interior

¶ Ignis. s. materialis (sæuit) .i. crescit (exterius) i. extra corp⁹ beati Laurētij, q̄a nō deficiebāt alimenta (nescius sæuire) i. furorē immittere (intus) .i intra corp⁹ & viscera eius, nā alter ignis). s. sctī spiritus interior & potētior ꝑpter feruorē patiendi (resistit) .i. vincit exteriorē ignē persequentibus sanctos dei illatū.

Ortus Hispano clymate
Romæ subsistit dogmate,
Renascitur sub Decio
Laureatus martyrio,

¶ Tāgit breuiter originē beati Laurentij, dicēs (ort⁹) .i. oriūdus fuit btūs Laurentius (clymate Hispano) .i. ex partib⁹ Hispaniæ, quia Hispan⁹ fuit. Clima enī pars terræ dicitur, sunt aūt septē climata diuersis disiuncta noībus, vt videre est de climatibus in sphera, vbi multa Ioānes de sacro busto (& subsistit) .i. stetit (Romæ) aduerbialiter .i. in Roma (dogmate) .i ꝑ dogmate, hoc est eruditione, nā Romę eruditus fuit. l. ꝑ doctrina fidei Christianæ extollenda (& renascitur) .i. iterū nascitur quātū ad gloriā martyrio partā (laureatus martyrio .i. veluti laureis sertis martyrio coronatus per Decium imperatorem.

O fœlix permutatio,
Fœlix martyr in cambio,
Qui pro breui supplicio
Aeterno gaudet præmio.

¶ O fœlix ꝑmutatio) .i. s. tēporalis vitæ cū æterna & (martyr fœlix) i. sctīssim⁹ (ī cābio) .i. in permutatiōe vitæ (qui gaudet p̄mio æterno) .i. gloria ꝑpetua (pro breui supplicio) .i. ꝑ breui tormēto, nā quod putatur hic esse, siue pœnæ, siue gloriæ momētaneū est, patriæ aūt cœlestis quis enarrare valeat quanta & quam in æternum durabilia sunt gaudia. hæc Gregorius super Lucam. x iii.

Martyr Dei laudabilis,
Nobis adsis placabilis,
Vt apud Regem gloriæ
Per te sit locus veniæ.

¶ Eiusdē sctī Laurētii gl'iosā itercessionē īploramus (o martyr dei laudabilis tu adsis nobis placabilis .i. placit⁹ & mitis adsis (i. faueto nobis vt loc⁹ venię) i. pctōrū remissio sit nobis apd regē glīę sēpiternæ, qui est iesus Chr̄s filius Dei.

¶ Carmē est, Alcmaniū dactylicū trimetrū hypcatalecticū. Canit̄ ī festo btæ virginis & mr̄ys Eulaliæ, cui⁹ martyriū laudesq; ꝑseq̄t̄

GErmine nobilis Eulalia,
Mortis & īdole nobilior
Emeritam sacra virgo suam,
Cuius ab vbere ꝓgenita est.

¶ Si ātehac cādide lector hic gloriosæ virginis Eulaliæ hymnus, rubiginosus īformis, ac inde obscurus intonuit, nō culpa sua, sed in causa fuit autor ignotus & īdiscussa carminis qualitas, q̄ eā

turgidum,& ampulosum reddiderunt. Nunc vero nr̄a ope securus publica tendat,donec veniant in mediū.Antonius Nebrissen̄. lumen Hispaniæ super prudentium autor est.Aurelius prudētius clemens,qui hanc odam in laudem virginis.Eulaliæ composuit, multiiugā namq; eius laudē celebrando,martyriū suum abundanter explicat & miracula laudatq; illā, primum a nobilitate patriæ & gn̄is:dicit deinde,q̄ ab ineunti ætate dedit indolē, seu specimen ad moriendum pro religione christi,cōtinet ode.xliij.versus.cōposuit etiam prudentius hymnū.s.Ales diei nūtius,& Nox,& tenebræ,,quos canit ecclesia,qualitas ergo erit.Metrū est Alcmanium dactylicum trimetrum hypercatalecticum constans tribus dactilis & semipide, & scanditur sic, germine nobilis.Eulalia,syllaba ista vltima dr̄ semipes, seu cesura. Erit autem ordo (Eulalia)virgo illa sanctimonialis(nobilis).i.venerabilis & clara (germine).i. in genere,vel generationis principio.fuit enim nobilibus orta parētibus: quo ad sæculi pompam &(nobilior.i.excellentior (indole).i. prestantia & futura virtute,seu significatione mortis.s.futuræ pro christo sponso suo. nam ab infantia sua per Donatum presbyterum instructa in dei laudibus perseuerabat (sacra virgo ornat) i.decorat(ossibus).s.suis: quia ibi sepulta est (& colit amore(scilicet,exercendo miracula(Emeritam suam).i.ciuitatem Emeritensem, extra quā passa est martyrium:vt refert hystoria(cuius ab vbere).i.a cuius vbertate,seu fertilitate(progenita).i.propagata est,nam fuit oriunda a villa, q̄ dicitur Pontiano,vltra Emeritam milliario fere.xxxviij.Emerita autem augusta Hispaniæ opidum,seu ciuitas est ad Lusitaniam spectans.

Proximus occiduo locus est,
Qui tulit hoc dec⁹ egregiū
Vrbe potēs pp̄lis locuples,
Sed mage sāguine marty
Virgineoq; potēs titulo(rij

¶Topographia vtitur, quæ discriptio loci dr̄: nā describit locum qui tantum protulit decus, & eius fertilitatem designat,dicens(locus qui tulit)idest,protulit,seu progenerauit (hoc decus) idest sanctam Eulaliam(egregiū).i. eminens & præstans: nam quod ex toto grege elegitur,ex celēs & egregium dicitur. Terentius forma egregia & ætate integra (est proximus).i. propinquus & coniunctus(occiduo)idest,occidēti sole.Nā Lusitania,quæ est pars vlterioris Hispaniæ in Europa oceano occidentali alluitur, in qua est ciuitas Emerita, & Portugale regnū(potens vrbe)scilicet,Emerita,vel vrbe pro vrbibus est locus illius regionis(potēs)vt sit singularis numer⁹ pro plurali,& erit tapinosis figura(locuples).i.abūdās pp̄lis(sed mage).i.magis potens sanguine martyrij(q;)pro &(titulo virgineo).i.laude & dignitate virginis Eulaliæ, nā p translationē bn̄ sūmitur pro laude,seu dignitate,licet dicatur atuēdo titulus.

Curriculis tribus atq; nouem
Tris hyēes quater attigerat
Cū crepitāte pyra trepidos
Terruit aspera carnifices:
Supplicium sibi dulce rata.

¶Signat quo tp̄e suæ ætatis, ad passionem cucurrit beata Eulalia, dicens, q̄ Eulalia attigerat (quater) aduerbium est (tris hyemes) id est, duodecim hyemes, hoc est duodecim annos.pars pro toto, tris pro tres accusatiuus pluralis est. Virgilius, tris litore ceruos prospicit errantes, numerat autem ab hyeme potius quam ab alia parte anni: quia annus ingressum & terminū accipit ab hyeme(curriculis

lis tribus atq; noue(scilicet trāsactis.i.tribus atq; nouē reuolutionibus anno rū,finitis,idem,per diuersas,nam vt refert historia iam fere decimū tertiū ætatis annum intrabat(cum aspera,scilicet,Eulalia quo ad se in patiēdo, vel quia increpabat Calphurnianū atq; tortores ipsos(terruit carnifices).i. tortores ipsos(trepidos)id est pauidos,vel festinos. Verg.xii.iij.hic medum trepidi crudelia lumina linquunt immemores socij vasto cyclopis in antro. Seruius ibi trepidi,id est,festini(pyra)idest,rogo(crepitante)id est,crepitum faciente,propter ligna ardentia,in his aūt antiqui mortuorum corpora concremare consueuerūt(rata).i.quæ credidit & imaginata est(suppliciū)idest: pœnam & incendium aculei cum lampadibus ardentibus circa eius latera appositis esse pro Christo dulce sibi.

Iam dederat prius indicium,
Tendere se patris ad solium
Nec sua mēbra dicata toro
Ipsa crepundia repulerat,
Ludere nescia pusiola.

¶Iā dederat)scilicet,sctā Eulalia(prius)idest,ab ineunte ætate(indicium).i. demonstrationem & spem(se).s.velle(tēdere)id est,per martyrium ire(ad soliū).i.sedem & tribunal patris.i. Dei omnipotentis(nec dicata) subaudi dederat indicium membra sua dicata,idest,nec de dicanda,scilicet,esse(toro).i. viro. hoc est quod nemini nuptura erat, scilicet,virginitatem obseruatura (nam pusiola)id est,puellula diminutiuum est,repulerat prius(ipsa crepundia)id est, prima munuscula,vt crepitacula quæ dari solent pueris infātibusque(nescia ludere) i.quæ nesciuit ludere aliquare,scilicet,canere,vel iocari, vel psalere i quo ad sæculi pompam veluti aliæ solent.

Spernere succina,flore rosas
Fulua monilia respuere;
Ore seuera,modesta gradu
Moribus & nimiū teneris
Canicicm meditata senum.

¶Nec sciebat beata Eulalia ludere,nec delectabatur illis:quibus cæteræ puellæ delectabātur spernere)id est,spernebat infinitiuus pro præterito imperfecto(succina)idest,electrum desudās ab arboribus,vulgo dicitur ambar,vt puta,ex quo fiunt lineæ calculorum, & etiam spernere(rosas flore)id est,cū flore suo,vel alio quouis,&(respuere)pro respuebat monilia,vulgo dicitur cadena,o collar de oro(fulua)idest aurea,&hoc quia erat,scilicet,(seuera).idest grauis(ore).i,aspectu)poteris etiam dicere seuera spernere idest, aspernēdū) & modesta.i.honesta & temperatā (gradu).i incessu &(meditata). i, quæ in mente habuit,vel imitata est(canicem)idest.grauitatem senum.Nam dicitur in lib.sapientiæ cani autem sunt sensus hominis : & ætas senecturis vita immaculata,moribus nimium teneris quia supra dixit pusilla.

Gloria magna patri & genito
Spiritui simul ipsa sacro,
Qui deus vnus oīpotens.
Cuius amore sit Eulalia
Nūc celebrantibus auxilio,

¶In prudentio non est hic finis hymni, sed iste sic veneraríer ossalibet:Ossibus altare impositum. Illa dei sita sub pedibus.Prospicit hæc,populosq; suos.Carmine propitiata fouet. Hunc autem finem ego hic apposui gloria magna patri.& c.litera est clara, hæc habui super hymnum sanctæ Eulaliæ,si tamen non certum arripui iter, satis est ponere sapientem in via,a qua propter sentes alienus erat,dixi.

¶FINIS.

¶HYMNORVM TAbula ad promptius inueniendum hymnos per ordinē Alphabeti & foliorū numeros.

¶De incipientibus ab. A.

¶ De incipientibus ab.B.

¶ De incipientibus ab.C.

¶ De incipientibns ab. D.

¶ De incipientibus ab. E.

¶ De incipientibus ab.F.

De incipientibus ab. G.

¶De incipientibus ab. H.

¶De incipientibus ab. I.

¶De incipientibus ab. L.

¶ De incipientibus ab.M.

¶ DEO GRATIAS.

ORATIONES
QVAE IN VNIVERSALI ECCLESIA
per totum annum decantantur, nunc denuo collectæ: recognitæ, & ad vnguem castigatæ, & nouiter impræssæ.



Dominica prima aduentus. Oratio.



EXcita, quæsumus domine, potentiam tuam & veni, vt ab imminentibꝰ peccatorum nostrorum periculis te mereamur protegente eripi, te liberante saluari, Qui viuis & regnas. Secre.

¶ Hæc sacra nos, domine, potenti virtute mundatos ad sui faciant puriores venire principium Per dominum nostrum. Oratio.

¶ Suscipiamus, domine, misericordiam tuam in medio templi tui: vt reparationis nostræ ventura solemnia congruis honoribus præcedamus. Per dominum nostrum Iesum Christum.

Dominica Secunda. Oratio.

EXcita, domine, corda nostra ad præparandas vnigeniti tui vias: vt per eius aduentum purificatis tibi mentibus seruire mereamur: Qui tecum viuit & regnat, Secre.

¶ Placare, quæsumus domine, humilitatis nostræ præcibus & hostijs & vbi nulla suppetunt suffragia meritorum, tuis nobis succurre præsidijs. Per dominum. Post cõ.

¶ Refecti cibo spiritalis alimoniæ supplices te, domine, depræcamur, vt huius participacionem mysterij doceas nos terrena despicere, & amare cœlestia. Per dominum nostrum.

Dominica Tertia. Oratio.

AVrem tuam, quæsumus domine, præcibus nostris accommoda, & mentis nostræ tenebras gratia tuæ visitacionis illustra. Qui viuis & regnas, Secre.

¶ Deuotionis nostræ tibi, quæsumus domine, hostiæ iugiter immolentur, quæ & sacri peragant instituta mysterij, & salutare tuũ nobis mirabiliter operentur, Per dominum. Post communio.

¶ Imploramus domine clementiam tuam, vt hæc diuina subsidia a vitijs expiatos, ad festa ventura nos preparent. Per dominum.

Feria Quarta quatuor temporum. Oratio

PRæsta, quæsumus omnipotens deus, vt redemptionis nostræ ventura solennitas, & præsentis vitæ nobis subsidia conferat, & æternæ beatitudinis præmia largiatur. Per dñm. Oratio.

¶ Festina, quæsmus domine, ne tardaueris, & auxilium nobis supernæ virtutis impende, vt aduentus tui consolationibus subleuetur: quia in tua pietate confidunt. Qui viuis. Oratio

¶ Accepta tibi sint, quæsumus domine, nostra ieiunia, quæ in expiando nos tua gratia dignos efficiant, & ad promissa sempiterna perducant. Per dominum. Post commu.

¶ Salutaris tui, domine, munere satiati, supplices deprecamur: vt cuius lætamur gustu, renouemur effectu. Per dominum.

Feria Sexta. Oratio

EXcita, quæsumus domine, potentiam tuam & veni, vt hi: qui in tua pietate confidunt, ab omni citius, aduersitate liberētur Qui viuis & regnas. Secre.

¶ Muneribus nr̄is, quæsumus dn̄e, p̄cibusq; susceptis, & cœlestibus nos munda mysterijs & clementer exaudi. Per Post commu.

¶ Tui nos domine sacramenti libatio sancta restauret, & a vetustate purgatos in mysterij salutaris faciat transire consortium, Per.

Sabbato. Oratio.

DEus qui conspicis, quia ex nostra prauitate affligimur, cōcede propitius, vt ex tua visitatione consolemur. Qui viuis & regnas deus per omnia sæcula sæculorum. Amen. Oratio.

¶ Concede quæsumus omnipotens deus, vt qui sub peccati iugo ex vetusta seruitute deprimimur: expectata vnigeniti tui noua natiuitate liberemur. Per eundem. Oratio

¶ Indignos nos: quæsumus domine, famulos tuos, quos actionis propriæ culpa contristat, vnigeniti filii tui aduentus lætificet. Qui tecum viuit. Oratio.

¶ Præsta, quæsumus omnipotens, deus, vt filij tui ventura solennitas, & præsentis nobis vitæ remedia conferat, & præmia æterna concedat. Per eundem. Oratio

¶ Preces populi tui, quæsumus domine, clementer exaudi, vt qui

iuste pro peccatis nostris affligimur. pietatis tuæ visitatione consolemur. Qui viuis & regnas deus. Oratio.

¶ Deus, qui tribus pueris mitigasti flãmas ignium, concede propitius, vt nos famulos tuos non exurat flamma vitiorum. Per dñm nostrum. Secre.

¶ Sacrificijs præsentibus (quæsumus domine) placatus intende, vt & deuotioni nostræ proficiant, & saluti. Per. Post cõmu.

¶ Quæsumus domine deus noster, vt sacro sancta mysteria, quæ pro reparacionis nostræ munimine contulisti, & præsens nobis remedium esse facias, & futurum. Per dominum.

Dominica Quinta. Oratio.

Excita dñe potentiam tuam, & veni, & magna nobis virtute sucurre, vt per auxilium gratiæ tuæ, quod nostra peccata præpediunt, indulgentia tuæ propitiationis acceleret. Qui. Secre.

¶ Sacrificijs præsentibus (quæsumus domine) placatus intende, vt & deuotioni nostræ proficiant & saluti. Per dñm. Post cõ.

¶ Sumptis muneribus (quæsumus domine) vt cum frequentatiõe mysterij, crescat nostræ salutis effectus. Per dñm.

In vigilia Natalis domini. Oratio

Deus qũi nos redemptionis nostræ annua expectatione lætificas, præsta vt vnigenitum tuum (quem Redemptorem nostrum læti suscipimus) venientem quoque iudicẽ securi videamus dominum nostrum. Qui tecum viuit, & regnat. Secre.

¶ Da nobis, quæsumus omnipotens Deus, vt sicut adoranda filij tui natalitia præuenimus: sic eius munera capiam⁹ sempiterna gaudentes. Qui viuis. Post communio.

¶ Da nobis, quæsumus domine, vnigeniti filij tui recensita natiuitate respirare, cuius cælesti mysterio pascimur & potamur. Per eũdem. Ad galli cantum. Oratio

Deus qui hanc sacratissimam noctem veri luminis fecisti illustratione clarescere, da quæsumus, vt cuius lucis mysteria in terra cognouimus, eius quoque gaudijs in cœlo perfruamur, Per dñm. Secre.

¶ Accepta tibi sit, q̃sumus dñe, hodiernæ festiuitatis oblatio, vt tua gratia largiente, per hæc sacro sancta commertia in illius inueniamur forma, in quo tecum est nostra substantia. Qui. Post cõ.

¶ Da nobis, quæsumus domine Deus noster, vt qui natiuitatem domini nostri Iesu Christi nos frequentare gaudemus, dignis conuersationibus ad eius mereamur peruenire consortiũ. Qui tecũ.

In luce. oratio.

DA, quæsumus omnipotens Deus, vt qui noua incarnati verbi tui luce perfundimur, hoc in nostro resplendeat opere, quod per fidem fulget in mente. Per eumdem. Oratio.

¶ Da quæsumus omnipotens Deus: vt qui beatæ Anastasiæ martyris tuæ solennia colimus, eius apud te patrocinia sentiamus. Per dominum &c. Secre.

¶ Munera nostra quæsumus domine natiuitatis hodiernæ mysteriis apta proueniant, vt sicut homo genitus idem refulsit Deus: sic nobis hæc terrena substãtia conferat: q diuinũ est. Per eun. Secre.

¶ Accipe, quæsumus domine, munera dignanter oblata: & beatæ Anastasiæ suffragantibus meritis ad nostræ salutis auxilium prouenire concede. Per dominum. Post cõmu.

¶ Huius nos dñe sacramenti semp nouitas natalis instauret: cuius natiuitas singularis humanã repulit vetustatẽ. Per eum. Post cõ.

¶ Saciasti domine familiam tuam muneribus sacris, eius, quæsumus, interuẽtione nos refoue, cuius solennia celebramus. Per do.

In die. Oratio.

COncede, quæsumus omnipotens Deus, vt nos vnigeniti tui noua per carnem natiuitas liberet: quos sub peccati iugo vetusta seruitus tenet. Per eumdem dominum. Secre.

¶ Oblata, dñe, munera noua vnigeniti tui natiuitate sanctifica nosq; a peccatorum nostrorũ maculis emũda. Per eũ. Post cõmũ.

¶ Præsta, quæsumus omnipotens Deus, vt natus hodie saluator mundi sicut diuinæ nobis generationis est autor, ita & immortalitatis sit ipse largitor. Qui tecum viuit.

Dominica infra octauas Natalis domini Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus, dirige actus nostros in beneplacito tuo, vt in nomine dilecti filij tui mereamur bonis operibus abundare. Per eumdem. Secre.

¶ Concede, quæsumus dñe, vt oculis tuæ maiestatis munus oblatum & gratiam nobis deuotionis obtineat, & effectum beatæ perennitatis acquirat. Per dominum.

¶ Per huius domine operationẽ mysterij: & vitia nostra pũrgentur, & iusta desideria compleantur. Per dominum.

In die Circuncisionis. Oratio.

DEus, qui nos nati Saluatoris diem celebrare cõcedis octauum, fac nos (quæ sumus) perpetua diuinitate muniri, cuius sumus carnali commercio reparati: Qui tecum. Secre.

¶ Presta, quæ sumus domine, vt per hæc munera, quæ dñi nostri Iesu Christi arcanæ natiuitatis mysterio gerimus, purificatæ mẽtis intelligentiam consequamur. Per eundem. Post commu.

Presta, quesumus dñe, vt quod saluatoris nostri iterata festiuitate percepimus, perpetue nobis redẽptionis cõferat medicinã, per

In vigilia Epiphaniæ domini, Oratio.

COrda nr̃a, quesumus domine, venturæ festiuitatis splẽdor illustret quod mũdi huius tenebris carere valeamus, & perueniamus ad patriam claritatis æternæ, Per dominum. Secre.

¶ Tribue, quesumus domine, vt eum presẽtibus immolemus sacrificijs, & sumamus, quẽ vẽture solemnitatis pia munera proloquuntur, Dominum nostrum. Post communionem

¶ Illumina (quæsumus domine(populum tum, & splendore gratie tue cor eius semper accende, vt saluatorem suum, & incessanter agnoscat: & veraciter apprehendat Iesum Christum filiũ tuum, Qui tecum viuit & regnat.

In die Epiphaniæ. Oratio

DEus, qui hodierna die vnigenitum tuum gentib⁹ stella duce reuelasti, concede Propitius, vt qui iam te ex fide cognouimus, vsque ad cõtemplandam speciem tuæ celsitudinis perducamur. Per eundem. Secre,

¶ Ecclesie tue, quesumus domine, dona propitius intuere, quib⁹ non iam aurũ, thus, & myrrha prefertur, sed quod eisdem muneribus declaratur, immolatur, & sumitur, Per. Post commu.

¶ Præsta, quæsumus omnipotẽs deus, vt quæ solẽni celebramus officio, purificatæ mentis intelligentia consequamur, Per.

Dominica infra octauas Epihaniæ. Oratio

VOta, quæsumus domine, supplicãtis populi cœlesti pietate prosequere, vt & quæ agẽda sunt videant, & adimplenda, quæ viderint, conualescant. Per dominum. Secre.

¶ Oblatum tibi, domine, sacrificium viuificet nos semper: & muniat, Per dominum nostrum: Post commu.

¶ Supplices te ogamus omnipotens deus, vt quos tuis reficis sacramentis, tibi etiam placitis moribus dignanter deseruire cōcedas, Per dominum nostrum.

In octauis Epiphaniæ. Oratio.

DEus, cuius vnigenitus iu substātia nostræ carnis apparuit præsta quæ sumus, vt per eum (quē similem nobis foris agnouimus, intus reformari mereamur. Qui tecum Secre

¶ Hostias tibi, domine, pro nati filij tui apparitionē deferimus suppliciter exorātes vt, sicut ipse nostrum autor est munerum, ita ipse sit misericors & susceptor Iēsus Christus dominus noster, Qui te cum viuit & regnat. Post com.

¶ Cœlesti lumine quęsumus domine, semper & vbiq; nos pręueni, vt mysterium (cuius nos participes esse voluisti) & puro cernamus intuitu, & digno percipiamus effectu. Per dominum.

Dominica secunda Post octauas Epiphaniæ. Oratio.

OMnipotens sempiterne deus, qui cœlestia simul & terrena moderaris, supplicationes populi tui clemēter exaudi, & pacem tuam nostris concede temporibus, Per. Secre.

¶ Oblata, dominē, munera sanctifica: nosq; a peccatorum nrorum maculis emunda. Per dominum. post commu.

¶ Augeatur in nobis, domine quæ sumus, tuæ virtutis operatio vt diuinis vegetati sacramentis, ad eorum promissa capienda tuo munere præ paremur. Per dominum nostrum.

Dominica Tercia. Oratio.

OMnipotens sempiterne deus, infirmitatem nostram propitius respice, at que ad protegēdum nos, dexteraum tuę maiestatis extende, Per dominum. Secre.

¶ Hæc hostia, domine que sumus, emundet nostra delicta, & ad sacrificium celebrandum subditorum tibi corpora mentes q; sanctificet. Per dominum. Post comu

¶ Quos tantis, domine, largiris vti mysterijs, quæ sumus & effectibus eorum veraciter aptare digneris, Per dominum.

Dominica Quarta. Oratio.

DEus,qui nos in tantis periculis cõstitutos pro humana scis fragilitate non posse subsistere: da nobis salutẽ mentis & corporis: vt ea, quę pro peccatis nostris patimur, te adiuuante vincamus. Per dominum. Secre.

¶ Concede (quæsumus omnipotens deus) vt huius sacrificij munus oblatum, fragilitatem nostrã ab omni malo purget semper, & muniat. Per dominum. Post comunionem.

¶ Munera tua nos, deus, a delectationibus terrenis expediant, & cælestibus semper instruãt alimentis. Per dominum.

Dominica quinta. Oratio

FAmiliam tuam, quæsumus domine, cõtinua pietate custodi vt quæ in sola spe gratię cęlestis innititur, tua semper protectione muniatur. Per dominum. Secre.

¶ Hostias tibi, dñe, placationis offerimus, vt & delicta nostra miseratus adsoluas, & nutantia corda tu dirigas, Per dñm. Post com.

¶ Quæsumus omnipotens deus, vt illius salutaris capiamus effectum: cuius per hæc mysteria dignus apcepimus. Per.

Dominica Sexta, Oratio:

COnserua, quę sumus domine, populum tuum: & nomini tuo facdeuotum, vt diuinis subiectus officijs & temporaliter viuat, & æterna dona percipiat. Per pominum Secre,

¶ Hęc nobis oblatio, quę sumus, mundet, & renouet: guuernet, & protegat. Per dominum uostrum. &c. Post communionẽ

¶ Celestibus pasti delitijs, quęsumus domine, vt eadem semper (per quæ veraciter viuimus) appetamus. Per dominum nostrum.

Domiuica Septuagesima. Oratio.

PReces populi tui, quæsumus domine, clemẽter ex audi, vt qui iuste pro peccatis nostris affligimur, pro tui nominis gloria misericorditer liberemur. Per dominum. Secre,

¶ Muneribus nostris, quæsumus dñe, præcibusq; susceptis, & cælestibus nos munda mysterijs, & clementer exaudi. Per Post com.

¶ Fideles tui, deus, per dona firmentur, vt eadem & percipiẽdo requirant & quærendo sine fine percipiant. Per dominum.

Dominica, in. LX. Oratio.

DEus, qui cospicis, quia ex nulla nostra actione confidimus, concede propitius, vt contra aduersa omnia doctoris gẽtiũ

protectione muniamur. Per dominum nostrum. Sacra.
¶ Oblatum, tibi domine sacrificium viuificet nos semper, & muniat per dominum nostrum. &c. Post comunionem.
¶ Suplices te rogamus oĩpotẽs deus. vt quos tuis reficis sacramentis, tibi etiã placitis moribus dignãter deseruire cõcedas. Per do

¶ Dominica in quinquagesima. Oratio.

PRæces nostras, quæsumus domine, clemẽter exaudi, atque a peccatorum vinculis absolutos: ab omni nos aduersitate custodi. Per dominum. Secre.
¶ Hæc hostia, domine quæsumus, emundet nostra delicta, & ad sacrificium celebrandum subditorum tibi corpora mentes que sanctificet. Per dominum. Post communio
¶ Quæsumus omnipotens deus, vt qui cælestia alimenta Percepimus, per hæc contra omnia aduersa muniamur. Per dominũ.

Feria quarta in capite, Ieiunij. Oratio.

PRæsta, domine, fidelibus tuis, vt ieiuniorum veneranda solemnia & cõgrua Pietate suscipiant: & secura deuotione percurrant. Per dominum nostrum. Secre.
¶ Fac nos, quæsumus domine, his muneribus offerendis conuenienter aptari, quibus ipsius venerabilis sacramenti celebramus exordium. Per domium nostrum. Post communionem.
¶ Percepta nobis, domine, præbeant sacramẽta subsidiũ: vt & tibi grata sint nostra ieiunia, & nobis proficiant ad medelã. Per.

Superpopulum. Orario,

INclinates se domine maiestati tuæ propitius intende, vt qui diuino munere sunt refecti: celestibus semper nutriantur auxilijs. Per dominum. Feria quinta Oratii.

DEus qui culpa offenderis: pœnitentia placaris, preces populi tui suplicantis propitius respice, & flagella tuæ iracundiæ (quæ pro peccatis nostris iuste meremur auerte. Per. Secre.
¶ Sacrificijs presentibus, domine quæsumus, Placatus intende, vt & deuotioni nostræ proficiant, & saluti. Per. Postcommu.
¶ Cælestis doni benedictione percepta, supplices te (deus omnipotens) deprecamur vt hoc idem nobis & sacramenti causa sit & salutis. Per dominum. Super populum. Oratio.
¶ Parce domine, parce populo tuo, vt dignis flagellationibus ca

stigatus tua miseratione respiret. Per dominum nostrum.

Feria. Sexta. Oratio.

INchoata ieiunia, quęsumus domine, begnino fauore proseque re vt obseruantiã, quam corporaliter exhibemus, mentibus etiam synceris exercere valeamus. Per dominum. Secre.

Sacrificiũ, domine, obseruãtiæ paschalis offerimus, præsta quæsumus: vt & tibi mentes nostras reddat acceptas: & continentiæ promptioris nobis tribuat facultatem. per. Post communionẽ.

¶ Spiritum nobis, domine, charitatis infunde, vt quos vno cælesti pane satiasti: tua facias pietate concordes. Per Dominũ, In vnitate eiusdem Super populum Oratio.

¶ Tuere. domine, populum tuum, & ab omnibus peccatis clemẽter emunda, quia nulla ei nocebit aduersitas, si nulla dominetur iniquitas. Per dominum nostrum.

Sabbato. Oratio.

ADesto, domine, supplicationibus nostris, & cõcede, vt hoc solemne ieiunium, quod animis corporibus quæ curãdis salubriter institutum est deuoto seruitio celebremus. Per. Secre.

¶ Præ para nos, quæ sumus domine, huius abstinẽtiæ festiuis officijs, vt hæc sacrificia veneranda sobrijs semper mentibus celebremus Per dominum nostrum. Post comunio

¶ Cælestis vitæ munere vegetati, quæsumus domine, vt quod est nobis in præsenti vita misterium: fiat æternitatis auxilium. Per.

Super populum. Oratio.

¶ Fac nos, quæ sumus dñe, salutis nostræ causas, & deuotis sẽper frequentare seruitijs: & deuotione recolere principaliter inchoatas. Per dominum nostrum.

Dominica prima in Quadragesima. Oratio.

DEus, qui ecclesiam tuam annua quadragesimali obseruatione purificas, presta familiæ tuæ, vt quod a te obtinere abstinendo nititur, hoc bonis operibus exequatur. Per. Secre

¶ Sacrificium quadragesimalis initij solẽniter immolamus, te dñe depræcantes, vt cũ epularum restrictione carnaliũ a noxijs quoque voluptatibus tẽperemur. Per dñm, post cõmunionem.

¶ Tui nos, dñe, sacramenti libatio sancta restauret, & a vetustate purgatos, in mysterij salutaris faciat transire consortiũ. Per do.

 Oratio.

COnuerte nos deus salutaris noster, & vt nobis ieiuniū quadragesimale proficiat, mentes nostras cælestibus instrue disciplinis. Per dominum nostrumr Secre.

¶ Munera tibi domine oblata sanctifica: nosq; a peccatorū nostrorum maculis emunda. Pe dn̄m nostrum. &c. Postcō.

¶ Salutaris tui domine munere satiati: supplices te rogamus: vt cuius lætamur gustu: renouemur effectu. Per domiuum.

Super Populum. Oratio

¶ Absolue quæsumus domine, nostrorum vincula peccatorum & quicquid pro eis meremur, propitius auerte. Per dominum,

Feria Tertia. Oratio

REspice, domine, fămiliam tuam & presta, vt apud temēs nostra tuo desiderio fulgeat, quæ se carnis maceratione castigat. Per dominum: Secre.

¶ Oblatis, quæ sumus domine, placare muneribus, & cūtis nos deffende periculis. Per dominum. Post commu.

¶ Quæ sumus omnipotens deus, vt illius salutaris capiamus effectum, cuius Per hæc mysteria. dignus accepimus. per dn̄m nr̄um

Super populum, Oratio:

¶ Ascendant ad te præces nostræ, & ab ecclesia tua cunctam repelle nequitiam. Per dominum nostrnm Iesum Christum.

Feria quarta. Oratio.

PRæces nostras, quæ sumus, dn̄e, clementer exaudi, & cōtra cūcta nobis aduersantia dexteram tuæ maiestatis extende. per

¶ Deuotionem populi, quæ sumus domine, begninus intende: vt qui per abstinentiam macerantur in corpore, per frutum boni oper s reficianturin mente. Per dominum. Secre.

¶ Hostias tibi domine placationis offerimus, vt & delicta nostra miseratus absoluas, & nutantia corda tu dirigas. Per. Postcom.

¶ Tui, domine, preceptione sacramenti & a nostris mundemur occultis, & ab hostium liberemur insidijs. per

Super populum. Oratio

¶ Mentes nostras, quæ sumus dn̄e lumine tnæ claritatis illustra, vt videre posimus, quæ agēda sunt, & quæ recta sunt agere valeamus. Per dn̄m, Feria puinta. Oratio.

DEuotionem populi tui, quæsumus domine, benignus inten de, vt qui per abstinentiam macerantur in corpore, per fru ctum boni operis reficiantur in mente, Per dominum. Secre.
¶Sacrificia, domine quæsumus, propitius ista nos saluent, quæ medicinalibus sunt instituta ieiunijs. Per dominum. Post cõmn.
¶Tuorum nos, dñe, largitate donorũ, & tẽporalibus attolle presidijs, & renoua sempiternis. Per. SuPer populum. Oratio.
¶Da, quæsumus dñe, populis Christianis, & quæ profitẽtur agno scere, & cœleste munus diligere, quod frequentant. Per dominun

Feria Sexta. Oratio.

ESto, domine, propitius pleui tuæ, & quam tibi facis esse deuo tam, benigno refoue miseratus auxilio. Per dominum. Secre
¶Suscipe) quæsumus domine) munera nostræ oblata seruitutis, & tua propitius dona sanctifica, Per dñm nostrum. post cõmu-
¶Per huius, domine operationem mysterij & vitia nostra purgẽ tur, & iusta desideria compleantut. per dominum.

Superpopulnm. Oratio

¶Exaudi nos misericors deus, & mentibus nostris gratiæ tuæ lu men ostende, Per dñm, Sabbato. Oratio.

POpulum tuum, dñe quęsumus, propitius respice, atq; ab eo fla gella tuæ iracundiæ clementer auerte, Per dominnm.
¶Deus, qui nos in tantis periculis constitutos pro humana scis fra gilitate non posse subsistere: da nobis salutem mẽtis & corporis. vt ea, quæ pro peccatis nostris patimur, te adiuuante vincamus, Per dominum nostrum Iesum Christum. &c Oratio.
¶Protector noster aspice deus, vt, qui peccaorũ nostrorum põde repremimur, percepta misericordia libera tibi mẽte famulemur Per dominum. Oratio.
¶Adesto quę sumus dñe, supplicationibus nostris, vt esse merea- mur te largiente, & inter prospera humiles, & inter aduersa secu- ri, Per dominum. Oratio
¶Preces populi tni, quę sumus domine, clementer exaudi, vt qui iuste pro peccatis nostris affligimur, pro tui nominis gloria mise- ricorditer liberẽmur, Per dominum nostrum. Oratio
¶Dęus, qui tribus pueris mitigasti flammas ignium, cõcede pro pitius vt nos famulos tuos nõ exurat flama vitiorum. Per Secre.

¶Presentibus sacrificijs, dñe, ieiunia nr̃a sanctifica, vt quod obseruãtia nr̃a profitetur extrinsecus, interius operetur. Per. Postcõ

¶Sanctificationibus tuis omnipotens deus & vitia nostra curẽtur, & remedia nobis æterna proueniant. Per dominum nostrũ.

Super populum. Oratio.

¶Familiam tuã, quæ sumus dñe, propitius illustra, vt beneplacitis moribus inhærẽdo, cuncta quę bona sunt, mereatur accipere Per dñm.

Dominica Secunda. Oratio.

DEus, qui cõspicis omni nos virtute destitui, interius exteriusq; custodi, vt & ab omnib9 aduersitatibus muniamur in corpore, & a prauis cogitationibus mundemur in mente. Sacra.

¶Sacrificijs præsentibus, quæsumus domine, intẽde placatus, vt & deuotioni nostræ proficiant, & saluti. Per dñm. Post com

¶Suplices te rogamus omniPotẽs deus, vt quos tuis reficis sacramẽtis, tibi etiã placitis morib9 dignanter deseruire cõcedas. Per.

Feria Secunda. Orati.

PRæsta quęsumus omnipotens deus, vt familia tua (quę se affligendo carnem ab alimentis abstinet) sectando iustitiã a culpa ieiunet. Per dominum nostrum Iesum Christum Secre

¶Hæc hostia domine placationis & laudis, tua nos propitiatione dignos efficiat. Per dominum nostrum. Post commu.

¶Hæc nos communio domine purget crimine, & cælestis remedij faciat esse consortes. Per dominum nostrum.

Super populum. Oratio

¶Adesto supplicationibus nostris omnipotens deus, & quibus fiduciam sperandæ pietatis indulges, consuetę misericordiæ tribue benignus effectum. Per dominum nostrum. &c.

Feria Tertia. Oratio.

PErfice, quæ sumus domine, benignus in nobis obseruãtię sãctę subsidium, vt quæ te autore facienda cognouimus, te operante impleamus. Per dominum nostrum. &c. Secre.

¶Sanctificationẽ tuam nobis, domine, his mysterijs placatus operare quæ nos & a terrenis purget vitijs, & ad cœlestia dona perducat Per dominum nostrum Iesum Christum. Postcom.

¶Vt sacris, domine, reddamur digni muneribus, fac nos (quę sumus) tuis semper obedire mandatis. per dominum nostrum. &c

Super populum. Oratio.

¶ Propiciare domine supplicacionibus nostris, & animarũ nostrarum medere langoribus, vt remissione percepta in tua semper benedictione lætemur, Per dominum nostrum Iesum Christum.

Feria Quarta. oratio.

POpulum tuum domine propitius respice, & quos ab escis carnalibus præcipis abstinere, a noxijs quoq; vitijs cessare concede. Per dominum nostrum Iesum Christum. Secre.

¶ Hostias, domine, quas tibi offerimus, propitius respice, & per hæc sancta commercia vincula peccatorum nostrorum absolue. Per dominum nostrum iesum Christum, &c. Post communio.

¶ Sumptis domine sacramentis ad redemptionis æternæ (quæsumus) proficiamus augmentum, Per dominum nostrum.

Super populum, Oratio.

¶ Deus Innocentiæ restitutor & amator, dirige ad te tuorum corda seruorum, vt spiritus tui feruore concepto & in fide inueniantur stabiles, & in opere efficaces, Per dominum. In vnitate.

Feria Quinta. Oratio.

PRæsta nobis, domine quæsumus, auxilium gratiæ tuæ, vt ieiunijs & orationibus conuenienter intenti liberemur ab hostibus mentis & corporis, Per dominum. Secre.

¶ Præsenti sacrificio nomini tuo nos, domine, ieiunia dicata sanctificent, vt quod obseruantia nostra profitetur exterius, interius operetur effectus, Per dominum nostrum. Post cõmu.

¶ Gratia tua nos, quæsumus domine, non derelinquat, quæ & sacræ nos deditos faciat seruituti: & tuam nobis opem semper acquirat, Per dominum. Super populum. Oratio.

¶ Adesto dñe famulis tuis, & perpetuam benignitatem largire poscentibus, vt his (qui te autore & gubernatore gloriantur) & congregata restaures, & restaurata cõserues, Per dominum nostrum.

Feria Sexta. Oratio.

DA, quæsumus omnipotens deus, vt sacro nos purificante ieiunio, synceris mentibus ad sancta ventura facias peruenire Per dominum. Secre.

¶ Hæc in nobis sacrificia deus, & actionẽ permaneant: & operatione firmentur, Per dominum nostrum. Post communio.

¶ Fac nos, quæsumus domine, accepto pignore salutis æternæ sic tendere congruenter, vt eadem peruenire possimus. Per dñm:

Super populum. oratio.

¶ Da, quæsumus domine, populo tuo salutem mẽtis & corporis: vt bonis operibus inhærendo, tuæ semper virtutis mereatur protectione defendi. Per dñm nr̃m Iesum Christũ filium tuum. &c

Sabbato. Oratio.

DA, quæsumus domine, nostris effectũ ieiunijs salutarem, vt castigatio carnis assumpta ad nostrarum vegetationẽ transeat animarum. Per dominum nostrum. &c. Post cõmunionem

¶ Sacramenti tui domine, diuina libatio penetralia nostri cordis infundat: & sui participes potenter efficiat. Per dominum nostrũ.

Super populum. oratio.

¶ Familiã tuã, quæsumus dñe, cõtinua pietate custodi, vt q̃ in sola spe gratię cęlestis innititur, cælesti etiã protectione muniatur. Per

Dominica tertia Oratio.

QVæsumus omnipotens deus, vota humiliũ respice, atq; ad defensionẽ nostrã dexterã tuæ maiestatis extende. Per dominum. Secre.

¶ Hæc hostia, domine quæsumus, mundet nostra delicta: & ad sacrificium celebrãdum, subditorum tibi corpora, mentesque sanctificet. Per dominum. Post cõmunionem.

¶ A cũctis nos: dñe, reatibus & periculis propitius absolue, quos tanti mysterij tribuis esse participes. Per dominum.

Feria secunda. Oratio.

COrdibus nostris quæsumus dñe, gratiã tuã benignus infunde, vt sicut ab escis corporalibus abstinemus, ita sensus quoque nostros a noxijs retrahamus excessibus. Per dñm Secre.

¶ Munus quod tibi, domine, nostræ seruitutis offerimus: tu salutare nobis perfice sacramentum. Per dominum. Post commu.

¶ Præsta, quæsumus omnipotens & misericors Deus, vt quæ ore contingimus: pura mente capiamus. Per dominum.

Super populum. Oratio

¶ Subueniat nobis, dñe, misericordia tua, vt ab imminentibus peccatorum nostrorum periculis, te mereamur protegente eripi, te liberante saluari. Per,

Feria tertia. Oratio

EXaudi nos omnipotens & misericors deus, & continentiæ salutaris propitius nobis dona concede: Per dñm. Secre.

¶ Per hæc veniat, quæsumus domine, sacramenta nostræ redemptionis effectus, qui nos & ab humanis retrahat excessibus, & ad salutaria cuncta perducat. Per dominum. Post cõmu

¶ Sacris dñe mysterijs expiati, & veniam consequamur & gratiã. Per. Super populum. Oratio.

¶ Tua nos domine, protectione defende, & ab omni nos semper iniquitate custodi. Feria Quarta. Oratio.

PRæsta nobis, quæsumus domine, vt salutaribus ieiunijs eruditi a noxijs quoque vitijs abstinentes, propitiationem tuam facilius impetremus Per dñm. Secre

¶ Suscipe, quæsumus domine, preces populi tui cum oblationibus hostiarum & tua mysteria celebrantes ab omnibus nos defende periculis. Per dñm. Post cõmun

¶ Sanctificet nos, domine, qua pasti sumus, mensa cœlestis, & a cũctis erroribus expiatos, supernis promissionibus reddat acceptos Per dominum. Super populum. Oratio

¶ Concede quæsumus omnipotens deus, vt qui protectionis tuæ gratiam quærimus, liberati a malis omnibus, secura tibi mente seruiamus. Per. Feria Quinta. Oratio.

COndede, quæsumus omnipotens Deus, vt ieiuniorum nobis sancta deuotio & purificationẽ tribuat: & maiestati tuæ nos reddat acceptos. Per dñm. Secre

REfficiatur hæc hostia quæsumus dñe, solẽnibus grata ieiunijs. & vt tibi fiat acceptior, purificatis mentibus immoletur. Per Post cõ

¶ Sacramenti tui, domine veneranda perceptio, & mystico nos mundet effectu, & perpetua virtute defendat. Per dñm.

Super populum. Oratio

¶ Subiectum tibi populum, quæsumus domine, propitiatio cœlestis amplificet, & tuis faciat semper seruire mandatis. Per dominũ

Feria Sexta. Oratio.

IEiunia nostra, quæsumus dñe. benigno fauore prosequere. vt sicut ab alimentis abstinemus in corpore, ita & a vitijs ieiunemus in mente. Per dominum. Secre.

¶ Respice domine propitius ad munera, quæ sacramus; vt & tibi

grata sint & nobis salutaria semper existant. Per Post communi.
¶ Huius nos, domine, perceptio sacramenti mundet a crimine, & ad cœlestia regna perducat. Per.

Super populum. Oratio

¶ Præsta, quæsumus omnipotens deus, vt qui in tua protectione confidimus, cuncta nobis aduersantia te adiuuante vincamus. Per dominum.

Sabbato. Oratio

PRæsta, quæsumus omnipotens deus, vt qui se affligendo carnem ab alimentis abstinent, sectando iusticiam a culpa ieiunẽt Per dominum nostrum. Secre.

¶ Concede quæsumus omnipotẽs deus, vt huius sacrificij munus oblatum fragilitatem nostram ab omni malo purget semper, & muniat, Per dominum nostrum. Post cō

¶ Quæsumus omnipotens deus, vt inter eius membra numeremur, cuius corpus communicamus & sanguinem, Per

Super populum. oratio

¶ Prætende domine fidelibus tuis dexteram cœlestis auxilij, vt te toto corde perquirant, & quæ digne postulant, consequi mereantur. Per dominum,

Dominica Quarta, Oratio:

COncede, quæsumus omnipotens deus, vt qui ex merito nostræ actionis affligimur, tuæ gratiæ consolatione respirem⁹ Per dominum nostrum. Secre.

¶ Sacrificijs præsentibus, domine quæsumus, placatus intende, vt & deuotioni nostræ proficiant, & saluti. Per, Post communi.

¶ Da nobis misericors deus, vt sancta tua, quibus incessanter explemur, & synceris tractemus obsequijs, & fideli semper mente sumamus. Per.

Feria Secunda. Oratio.

PRæsta, quæsumus omnipotens deus, vt obseruationes sacras annua deuotione recolentes, & corpore tibi placeamus & mẽte. Per dominum. Secre.

¶ Oblatum tibi, domine, sacrificium viuificet nos semper & muniat. Per dominum. Post communi

¶ sumptis, domine, salutaribus sacramentis ad redemptionis æternæ, quæsumus, proficiamus augmentum, Per dominum

Snper populum. Oratio.

¶ Deprecationẽ nostram, quæsumus domine, benignus exaudi, & quibus

& quibus supplicandi præstas affectum, tribue defensionis auxilium. Per dominum.

Feria Tertia. Oratio.

SAcræ nos domine, quæsumus, obseruationis ieiunia, & piæ conseruationis augmentum, & tuæ propitiationis continuum præstent auxilium. Per dominum. Secre.

¶ Hæc hostia (dñe quæsum⁹) emundet nostra delicta, & ad sacrificiũ celebrãdũ, subditorũ tibi corpora mentesq; sanctificet. Post cõ.

¶ Huius nos, domine, perceptio sacramenti mundet a crimine, & ad cœlestia regna perducat. Per dominum.

Super populum, Oratio

¶ Miserere, domine, populo tuo, & continuis tribulationibus laborantem propitius respirare concede. Per dominum.

Feria Quarta. Oratio.

DEus, qui iustis præmia meritorũ, & peccatoribus per ieiuniũ veniã præbes, miserere supplicibus tuis, vt reatus nostri confessio indulgentiam valeat percipere delictorum. Per. oratio.

¶ Præsta, quæsumus omnipotens deus, vt, quos ieiunia votiua castigant, ipsa deuotio quoq; sancta lætificet, & terrenis affectibus mitigatis facilius cœlestia capiamus. Per dominum. Secre.

¶ Supplices te domine rogamus, vt his sacrificijs peccata nostra mundentur qnia tunc veram nobis tribues mentis & corporis sanitatem. Per dominum. Post commu.

¶ Sacramenta (quæ sumpsimus dñe deus noster) & spirtualibus nos repleant alimentis, & corporalibus tueantur auxilijs. Per do.

Super ppopulum. Oratio

¶ Pateant aures misericordiæ tuæ, domine, præcibus supplicantium, & vt petentibus desiderata concedas, fac eos, quæ tibi sunt placita, postulare. Per dominum.

Feria Quinta. Oratio.

PRæsta quæsumus omnipotens deus, vt quos ieiunia votiua castigant, ipsa quoq; deuotio sancta lætificet, vt terrenis affectibus mitigatis, facilius cœlestia capiamus. Per. Secre,

¶ Purifica nos misericors deus, vt ecclesiæ tuæ preces, quæ tibi gratæ sunt pia munera deferentes, fiant expiatis mentibus gratiores Per dominum nostrum. Post cõmu,

I

¶ Cœlestia dona capientes, quæsumus domine, non ad iudicium peruenire patiaris, quæ fidelibus tuis ad remedium prouidisti. Per.

Super populum. oratio

¶ Populi tui deus, institutor & rector peccata (quib⁹ impugnatur) expelle, vt semper tibi placitus, & tuo munimine sit securus. Per

Feria Sexta. Oratio.

DEus, qui ineffabilibus mundũ renouas sacramentis, præsta (quæsumus) vt ecclesia tua & æternis proficiat institutis, & temporalibus non destituatur auxilijs. Per dominum. Secre.

¶ Munera nos, domine quæsumus, oblata purificent, & nobis iugiter faciant te esse placatum, Per dominum. Post commu.

¶ Hæc nos, quæsumus dñe participatio sacramenti, & a proprijs reatibus indesinẽter expediat, & ab omnibus tueatur aduersis, per

Super populum. Oratio.

¶ Da, quæsumus omnipotens deus, vt qui infirmitatis nostræ conscij de tua virtute confidimus, sub tua semper pietate gaudeamus, Per dominum nostrum. Sabbato. Oratio.

FIat, quæsumus domine, per gratiam tuam fructuosus nostræ deuotionis affectus, quia tunc nobis proderunt suscepta ieiunia si tuæ sint placita pietati. Per dominum nostrum. Secre

¶ Oblationibus, quæsumus domine, placare susceptis, & ad te nostras etiam rebelles cõpelle propitius voluntates. Per. Post.

¶ Tua nos (domine quæsumus) sancta purificent, & operatione sua tibi faciant esse deuotos. Per dominum.

Super populum, Oratio.

¶ Deus, qui sperantibus in te misereri potius eligis, quam irasci, da nobis digne flere mala, quæ facimus, vt tuæ consolationis gratiam inuenire valeamus. Per dominum nostrum.

Dominica in Passione. oratio

QVæsumus omnipotens deus, familiam tuam propitius respice, vt te largiẽte regatur in corpore, & te seruante custodiatur in mente. Per dominum. Secre.

¶ Hæc munera, quæsumus dñe, & vincula nostræ prauitatis absoluant, & tuæ nobis misericordiæ dona concilient. Per. Post cõ.

¶ Adesto nobis, dñe deus noster, & quos tuis mysterijs recreasti, perpetuis defende præsidijs. Per dominum.

Feria Secunda, oratio

SAnctifica, quæsumus domine, nostra ieiunia: & cunctarum nobis propitius indulgentiam largire culparum. Per Secre

¶ Concede nobis, quæsumus domine deus noster, vt hæc hostia salutaris & nostrorum fiat purgatio delictorum, & tuæ propitiatio maiestatis. Per dominum nostrum, post commu.

¶ Sacramenti tui, quæsumus domine, participatio salutaris, & purificationem nobis præbeat, & medelam. Per dominum.

Super populum. Oratio.

¶ Da, quæsumus domine, populo tuo salutem mentis & corporis vt bonis operibus inhærendo, tua semper mereatur protectione deffendi. Per dominum nostrum,

Feria Tertia. oratio.

NOstra tibi, quæsumus domine, sint accepta ieiunia: qui nos & expiando gratia tua dignos efficiant, & ad remedia perducant æternam. Per dominum nostrum. Secre.

¶ Hostias tibi, domine, defferimus immolandas, quæ temporali consolatione nos sic lætificent, vt promissa certius speremus æterna. Per dominum nostrum. Post communio.

¶ Da nobis, quæsumus domine, perseuerantem in tua voluntate famulatum, vt indiebus nostris & merito & numero populus tibi seruiens augeatur, Per dominum.

Feria Quarta. oratio.

SAnctificato hoc ieiunio, deus tuorum corda fidelium miserator illustra, & quibus deuotionis præstas affectum, præbe supplicantibus pium benignus auxilium. Per dominum. Secre.

¶ Annue nobis misericors deus, vt hostias placationis & laudis syncero tibi defferamus obsequio. Per dominum. Post cõ.

¶ Cælestis doni benedictione percepta, supplices te deus omnipotens deprecamur, vt hoc idem nobis & sacramenti causa sit, & salutis, Per dominum nostrum

Super populum, Oratio.

¶ Adesto supplicationibus nostris omnipotens deus, & quibus fiduciam sperandæ pietatis indulges, consuetæ misericordiæ tribue benignus effectum. Per dominum nostrum.

Feria Quinta. oratio.

PRæsta, quæsumus omnipotens deus, vt dignitas condicionis humanæ per immoderantiam sauciata, medicinalis parsimoniæ studio reformetur. Per dominum nostrum. Secre.

¶ Domine deus noster, qui in his potius creaturis. quas ad fragilitatis nostræ subsidiū condidisti, tuo quoq; nomini munera iussisti dicando cōstitui, tribue quæsumus, vt & vitæ nobis præsentis auxilium, & æternitatis efficiant sacramentum. Per dn̄m. post com.

¶ Quod ore sumpsimus, domine pura mēte capiamus, & de munere temporali fiat nobis remedium sempiternum. Per dn̄m.

Super populum. oratio

¶ Esto, quæsumus domine, propitius plebi tuæ. vt quæ tibi non placent, respuens, tuorum potius repleatur delectationibus mandatorum. Per dominum nostrum.

Feria Sexta, oratio.

COrdibus nostris, quæsumus domine, auxilium gratiæ benignus infunde, vt peccata nostra castigatione voluntaria cohibētes corporaliter potius maceremur, quam supplicijs deputemur æternis. Secre.

¶ Præsta nobis misericors deus, vt digne tuis semp̄ seruire altaribus mereamur, & eorū p̄petua participatione saluari. Per. Post com

¶ Sumpti sacrificij domine perpetua nos tuitio non derelinquat, & noxia semper a nobis cuncta depellat. Per dominum

Super populum. Oratio.

¶ Concede quæsumus omnipotens deus, vt, qui protectionis tuæ gratiam quærimus, liberati a malis omnibus secura tibi mente seruiamus. Per. Sabbato. oratio

PRoficiat, quæsumus domine, plebs tibi dicata piæ deuotionis affectu: vt sacris actionibus erudita, quanto maiestati tuæ sit gratior, tanto donis potioribus augeatur. Per. Secre.

¶ A cunctis nos (domine quæsumus) reatibus & periculis propitiatus absolue, quos tanti mysterij tribuis esse participes. Per dominum nostrum. Post cō.

¶ Diuini satiati muneris largitate, quæsumus domine deus noster, vt huius semper participatione viuamus. Per dominum.

Super populum, Oratio.

¶ Tueatur, quæsumus domine, dextera tua populum tuum de-

precantem, & purificatum dignanter erudiat, vt consolatione presenti ad futura bona proficiat, Per dominum.

Dominica in Ramis palmarum Oratio

OMnipotens sempiterne deus, qui humano generi ad imitandum humilitatis, exemplum saluatorem nostrum carné sumere, & crucem subire fecisti concede propitius, vt & patientiæ ipsius habere documenta, & resurrectionis consortia mereamur. Per eundem dominum. Secre.

¶ Concede, quæsumus domine, vt oculis tuæ maiestatis munus oblatum, & gratiam nobis deuotionis obtineat. & effectum beatę perēnitatis acquirat. Per dominum. Post cō.

¶ Per huius operationem mysterij, & vitia nostra purgentur, & iusta desideria compleantur, Per dominum. Post.

Feria Secunda. Oratio.

DA, quæsumus omnipotēs deus: vt, qui tot aduersis ex nostra infirmitate defecimus, intercedente vnigeniti filij tui passione respiremus. Per dominum. Secre.

¶ Hæc sacrificia omnipotens deus, potenti virtute emūdatos, ad sui faciant puriores venire principium. Per Post com

¶ Præbeant nobis, domine, diuinum tua sancta feruorem, quo eorum pariter & actu delectemur, & fructu. Per dominum.

Super populum. oratio.

℄ Adiuua nos, deus salutaris noster, & ad beneficia recolēda (quibus nos instaurare dignatus es) tribue venire gaudentes. Per do,

Feria Tertia. oratio

OMnipotens sempiterne deus, da nobis dominicæ passionis sacramenta peragere, vt indulgentiam percipere mereamur Per dominum. Secre,

℄ Sacrificia nos, quæsumus domine, propēsius ista restaurent, quę medicinalibus sunt instituta ieiunijs. Per dominum, Post cō,

℄ Sanctificationibus tuis omnipotens deus, & vita nostra curentur, & remedia nobis sempiterna perueniāt, Per

Super populum. Oratio.

℄ Tua nos misericordia deus, & ab omni surreptione vetustatis expurget, & capaces sanctæ nouitatis efficiat, Per dominū

Feria Quarta, Oratio,

PRæsta quæsumus omnipotens deus, vt, qui nostris excessibus incessanter affligimur per vnigeniti tui passionem liberemur Qui tecum viuit & regnat, Oratio:

¶ Deus, qui pro nobis filium tuum crucis patibulū subire voluisti vt inimici a nobis expelleres potestatem, concede nobis famulis tuis, vt, resurrectionis gratiam consequamur Per dn̄m. oratio

¶ Purifica nos misericors deus, vt ecclesiæ tuæ preces, quæ tibi gratæ sunt pia munera deferentes, fiant expiatis mentibus gratiores Per dominum nostrum, Post cō.

¶ Largire sensibus nostris oṗs deus, vt per tēporalē filij tui mortem (quā mysteria venerāda testātur) vitā nobis rediddisse cōfidam⁹, p,

Super populum. Oratio.

¶ Respice, quæsumus domine, super hanc familiam tuam, pro qua dominus noster Iesus Christus non dubitauit manibus tradi nocentium & crucis subire tormentum. Qui tecum viuit

Feria Quinta in cœna domini. Benedictio ignis. Oratio.

DEus, qui filiū tuum angularem, scilicet, lapidem, charitatis ignem fidelibus tuis contulisti productū ex silice nostris profuturum vsibus nouū hunc ignem sanctifica, & concede nobis, ita per hæc festa paschalia cœlestibus desiderijs inflamari, vt ad perpetuæ claritatis puris mentibus valeamus festa pertingere. Per.

Benedictio Incensi. Oratio.

QVæsumus, omnipotens deus Abraam, deus Isaac, deus Iacob, immitte in hanc creaturam incensi viuido doris tui efficaciam, vt sit seruulis tuis vel ancillis munimentum tutela que defensionis ne intret hostis in viscera eorum: neque aditum possit habere, vel sedem. Per dominum nostrum. oratio.

¶ Deus, a quo & Iudas reatus sui pœnam, & confessionis suæ latro præmium sumpsit, concede nobis tuæ propitiationis effectum, vt sicut in passione sua Iesus Christus dominus noster diuersa vtrisque intulit stipendia meritorum, ita nobis ablato vetustatis errore resurrectionis suæ gratiam largiatur, Qui tecum. Secre.

¶ Ipse tibi domine sancte pater omnipotens deus, sacrificiū nr̄ū reddat acceptū, qui discipulis suis in sui cōmemorationē hoc fieri hodierna traditione monstrauit Iesus Christus dn̄s nr̄. Qui. Post cō.

¶ Refecti vitalibus alimentis, quæsumus dn̄e deus noster, vt quod

tēporè nostræ mortaalitatis exequimur,immortalitatis tuæ mūe re consequamur.Per dominum· Feria Sexta, oratio,

O Remus(dilectissimi nobis imprimis pro ecclesia sancta dei, vt eam deus & dominus noster pacificare,adunare,& custo/dire dignetur toto orbe terrarum subijciens ei principatus & po‑testates,detq; nobis tranquillam & quietam vitam degentibus glorificare deum & patrem omnipotentem Oratio,

¶Omnipotens sempiterne deus,qui gloriam tuam omnibus in Christo gentibus reuelasti:custodi opera misericordiæ tuæ, vt ec celsia tua toto orbe diffusa,stabili fidei confessione tui nominis perseueret.Per eundem. Oratio.

¶Oremus,& pro beatissimo papa nostro.N.vt deus & dn̄s nr̄, qui elegit eum in ordinem episcopatus,saluū atq; incolumē custodiat ecclesiæ suæ sanctæ ad regendum populum sanctum Dei Orō.

¶Omnipotens sempiterne deus,cuius iudicio vniuersa fundātur respice propitius ad preces nostras,& electum nobis Antistitem tua pietate conserua vt Christiana plebs , q̄ te gubernatur autore sub tanto pontificec redulitatis suæ meritis augeatur.Per Oratio.

¶Oremus,& pro omnibus episcopis , & presbyteris , diaconibus, & sub diaconibus acolytis:exorcistis,lectoribus:ostiarijs & cōfesso ribus virginibus,viduis:& pro omni populo sancto dei. orō.

¶Omnipotens sempiterne deus,cuius spiritu totum corpus eccle‑siæ sanctificatur & regitur,exaudi nos pro vniuersis ordinibus sup plicantes,vt gratiæ tuæ munere ab omnibus tibi gradibus fideli‑ter seruiatur.Per dominum oratio.

¶Oremus & pro Christianissimo rege nostro.N.vt deus & domi nus noster subditas illi faciat omnes barbaras nationes ad nostrā perpetuam pacem .Per dominum. oratio.

¶Omnipotens sempiterne deus,in cuius manu sunt omnium po‑testates,& omnium iura regnorum,respice ad Christianum beni‑gnus imperium,vt gentes,quæ in sua feritate confidunt, potentię tuæ dextera comprimantur,Per dominum oratio

¶Oremus:& pro cathecuminis nostris,vt deus & dn̄s nr̄ ad aper‑riat aures præcordiorum ipsorum,ianuāq; misericordiæ:vt per la‑uacrum regenerationis(accepta remissione omnium peccatorū) & ipsi inueniantur in Christo Iesu domino nostro. Oratio

¶ Omnipotens sempiterne Deus, qui ecclesiam tuam noua sem per prole fœcundas, auge fidem & intellectum cathecuminis nostris, vt renati fonte baptismatis, adoptionis tuæ filijs aggregentur. Per dominum nostrum. Oratio.

¶ Oremus, dilectissimi nobis, deum patrem omnipotentem, vt cunctis mundũ purget erroribus, morbos auferat, famẽ depellat, aperiat carceres vincula dissoluat, peregrinantibus reditum, infirmantibus sanitatem, nauigantibus portum salutis indulgeat, per. Orõ

¶ Omnipotens sempiterne deus, mœstorũ cõsolatio, laborantium fortitudo, perueniãt ad te præces de quacunq; tribulatione clamãtium, vt omnes sibi in necessitatibus suis misericordiam tuã gaudeant affuisse. Per dominum. oratio

¶ Oremus, & pro hæreticis & schismaticis, vt deus ac dominus noster eruat eos ab erroribus vniuersis, & ad sanctam matrem ecclesiam catholicam, atque apostolicam reuocare dignetur Orõ.

¶ Omnipotens sempiterne deus, qui saluas omnes, & neminem vis perire, respice ad animas diabolica fraude deceptas, vt omni hæretica prauitate deposita, errantium corda resipiscant & ad veritatis tuæ redeant vnitatem. Per dominum nostrum. Orõ.

¶ Oremus, & proper fidis Iudæis, vt deus & dominus noster auferat velamen de cordibus eorũ, vt & ipsi agnoscant Iesum Christum dominum nostrum. Oratio.

¶ Omnipotens sempiterne deus, qui etiã iudaicã perfidiam a tua misericordia nõ repellis, exaudi præces nostras, quas pro illius populi obcæcatione deferimus, vt agnita veritatis tuæ luce, quæ Christus est a suis tenebris eruatur. Per dominum Oratio.

¶ Oremus, & pro paganis, vt deus omnipotens auferat iniquitatem a cordibus eorum, & relictis idolis suis, cõuertantur ad deum viuum, & verum, & vnicum filium eius Iesum Christum deum & dominum nostrum, cum quo viuit & regnat cum spiritu sancto deus Per omnia secula sæculorum. Oratio,

¶ Omnipotẽs sempiterne deus, qui non mortẽ peccatorum, sed vitam semper inquiris, suscipe propitius orationem nostrã, & libera eos ab idolorum cultura, & aggrega ecclesiæ tuæ sanctæ ad laudem & gloriam nominis tui. Per dominum nostrum.

Ad adorandam Crucem. Orõ

TVam crucem adoro domine Iesu Christe: tuam venerandam recolo passionem: miserere mei, qui passus es pro me.

¶ O crux gloriosa, o crux veneranda, o crux adoranda, o, lignum prætiosum & admirabile signũ: per quod & diabolus est victus & mundus redẽptus, adoro te, benedico te, confido in te, diligo te tota mẽte per amorẽ dñi mei Iesu Christi. qui in te passus est pro me.

¶ O mea saluatio: salua me, o mea ereptio. eripe me, o liberatio, libera me, per tuam sanctam crucem salua me Christe saluator, qui mortem meam moriendo destruxisti, & vitam resurgendo reparasti, miserere Iesu benigne, qui nasci, pati mori, at que resurgere dignatus es pro me. Qui viuis. Oratio.

DOmine Iesu Christe, adoro te in crucẽ ascendentem: & coronam spineam in capite portãtem Deprecor te, vt ipsa crux liberet me ab angustia: vel angelo percutiente. oratio.

¶ Domine Iesu Christe adoro te in cruce vulneratũ, felle & aceto potatũ, Deprecor te vt tua vulnera sint remediũ animæ meæ. oratio.

¶ Domine Iesu Christe adoro te in sepulchro positum, myrrha & aromatibus coditũ. De precor te, vt tua mors sit vita mea. oro.

¶ Dñe Iesu Christe adoro te descẽdentẽ ad inferos, liberantem captiuos. Deprecor te, vt nõ me dimittas introire in infernũ. oro.

¶ Domine Iesu Christe adoro te ascendẽtem in cælum, sedentẽq; ad dexteram dei patris. Deprecor te: miserere mei. oratio.

¶ Dñe Iesu Christe adoro te venturum in iudicio. De precor te; vt in tuo aduentu non intres cum me peccatore in iudicium: sed deprecor te, vt ante dimittas, quam iudices, Qui viuis, oratio.

¶ Crux est Christianorum spes, crux mortuorũ resurrectio: crux cęcorũ lux, crux conuersorũ, via crux claudorũ via & baculus, crux pauperum consolatio. crux via fidelium, crux humilium inuitatio: crux est superborum directio: crux victoria Christi, crux sancta, qui pependit in te; saluet nos: defendat. & protegat. Amen.

Sabbato in vigilia resurrectionis domini.

Benedictio ignis: oratio.

DEus, qui Moysi famulo tuo in specie ignis rubo ardente apparuisti: quiq; etiam spiritum sãctum tuũ per Iesum Christũ filium tuum dominum nostrum de cælis promissum super apostolos igneis linguis descendere fecisti, nobis quoque famulis tuis

charitatis ignem tribuere dignare, & hunc nouum ignem de lapide productum nostris vsibus profuturum sanctifica & concede nobis ita per hæc festa paschalia cælestibus desiderijs inflammari, vt ad perpetua festa purgatis mentibus pertingere valeamus. Per eundem dominum nostrum: &c.

Beuedictio incensi. oratio

VEniat, quæsumus domine, deus super hoc incensum larga tuæ benedictionis infusio: & hunc nocturnum splendorem inuisibilis regenerator accende, vt nō solum sacrificium: quod in hac nocte litatum est, arcana tui luminis admixtione refulgeat, sed quocunq; loco ex huius aliquid sanctificationis fuerit mysterio de portatum: expulsa diabolicæ fraudis nequitia virtus tuę maiestatis assistat. Per dominum nostrum

Benedictio Cereri. oratio.

DEus, qui diuitias misericordiæ tuæ (in hac p̄cipue nocte largiris, ppitiare vniuerso ordini sacerdotalis officij, & omnes gradus famulatus nr̄i perfecta delictorū remissione sanctifica, vt ministraturos, gr̄æ tuæ nulli esse obnoxios patiaris offensæ. oratio

¶ Deus, qui mirabiliter creasti hominem, & mirabilius redemisti da nobis quæsumus, conta oblectamenta peccati mentis ratione persistere, vt mereamur ad gaudia æterna peruenire, Per orō

¶ Deus cuius antiqua miracula in præsenti quoq; sæculo coruscare sētimus, præsta, quæsumus, vt sicut priorem populum ab Aegyptijs liberasti, hoc ad salutem gentium per aquas baptismatis operer is, Per dominum nostrum. oratio.

¶ Deus qui nos ad celebrandum paschale sacramentum vtriusq; testamenti paginis instruis, da nobis intelligere misericordiam tuam, vt perceptione præsentium munerum firma sit expectatio futurorum. per dominum nostrum. oratio

¶ Deus, qui ecclesiam tuam noua semper gentium vocatione multiplicas concede propitius, vt quos aqua baptismatis abluis, continua protectione tuearis. Per dominum. oratio

¶ Concede quæsumus omnipotens deus, vt qui festa paschalia agimus, cælestibus desiderijs accensi, fontem vitæ sitiamus dominum nostrum Iesum Christum, Qui viuis, oratio.

¶ Deus, qui hāc sacratissimā noctē gloria dominicæ resurrectio=

nis illustras, conserua in noua familiæ tuę progenie adoptionis spiritum quem dedisti, vt corpore & mente renouati, puram tibi exhibeant seruitutem. Per dominum. In vnitate Secre,

¶ Suscipe, quæsumus domine, preces populi tui cum oblationibus hostiarum, vt paschalibus initiata mysterijs, ad eternitatis nobis medelam te operante proficiant per dominum. Post com

¶ Spiritum nobis, domine, tuæ charitatis infunde, vt quos sacramentis paschalibus satiasti, tua facias pietate concordes, Per dominum nostrum. In vnitate eiusdem. Oratio.

¶ Aufera nobis, domine cunctas iniquitates nostras, vt ad sancta sanctorum puris mereamur mentibus introire, Per Oratio

¶ Suscipe sancta Trinitas hanc oblationem, quam tibi offero in memoriam passionis domini nostri Iesu Christi, & præsta, vt in cõspectu tuo tibi placens ascendat, & meam & omnium fidelium salutem operetur æternam. Per dominum nostrum.

Benedictio fontis. oratio,

¶ Exaudi nos omnipotens deus, & in huius aquę substantiam, tuã immisce virtutem, vt abluendi per eam sanitatem simul & vitam mereamur æternam. Per dominum. Alia Orõ

¶ Omnipotens sempiterne deus, adesto magnæ pietatis tuæ mysterijs, adesto sacramentis, & ad recreandos pupulos nouos, quos tibi fons baptismatis parturit, spiritum adoptionis emitte, vt quod nostræ humilitatis gerendum est, mysterio tuæ virtutis impleatur effectu. Per dominum In vnitate eiusdem

In die Resurrectionis domini, Oratio.

DEus, qui hodierna die per vnigenitum tuum æternitatis nobis aditum deuicta morte reserasti, vota nostra, quæ præueniendo aspiras, etiam adiuuãdo prosequere, Per dominum nostrũ

Feria Secunda. Oratio

DEus, qui solennitate paschali mundo remedia contulisti, populum tuum (quæsumus) cœlesti dono prosequere, vt & perfectam libertatem consequi mereatur, & ad vitam proficiat sempiternam, Per dominum nostrum,

Feria Tertia, Oratio.

DEus, qui, ecclesiam tuam noue semper fœtu multiplicas, concede famulis tuis: vt sacramentum viuendo teneant, quod

fidē perceperunt Per dominum nostrum. Secre.

¶ Suscipe domine, fidelium preces cum oblationibus hostiarum: vt per hæc piæ deuotionis, officia ad cœlestem gratiam trāscamus Per dominum nostrum, Post com.

¶ Concede, quæsumus omnipotens deus, vt paschalis perceptio sacramenti continua in nostris mentibus perseueret, Per dominū.

Feria Quarta. Oratio

DEus, qui nos resurrectionis dominicæ annua solennitate lætificas, concede propitius, vt per temporalia festa, quæ agimus, peruenire ad gaudia æterna mereamur. Per dn̄m. Secre.

¶ Sacrificia deus, paschalibus gaudijs immolamus, quibus ecclesia tua mirabiliter & pascitur, & nutritur, Per. Postcō.

¶ Ab omni nos (quæsumus domine vetustate purgatos, sacramēti tui veneranda perceptio in nouā transferat creaturam. Per dn̄m

Feria Quinta. Oratio

DEus, qui diuersitatem gentium confessione tui nominis adunasti da vt renatis fonte baptismatis: vna sit fides mentium & pietas actionum Per dominum. Secre.

¶ Suscipe, quæsumus domine, munera populorum tuorum propitius, vt confessione tui nominis & baptismate renouati sempiternam beatitudinem consequantur. Per dominum. Post com.

¶ Exaudi, domine præces nostras, vt redemptionis nostræ sacrosācta commercia, & vitæ nobis conferant Præsentis auxilium, & gaudia sempiterna concilient. Per dominum nostrum.

Feria Sexta. Oratio,

OMnipotens sempiterne deus, qui paschale sacramentum in reconciliationis humanæ fœdere contulisti, da mentibus nostris, vt quod professione celebramus, imitemur effectu Per, Secre.

¶ Hostias, quæsumus domine, placatus assume, quas & pro renatorum expiatione peccati deferimus, & pro acceleratione cœlestis. auxilij Per dominum, Post cō

¶ Respice, quæsumus dn̄e, populū tuū, & quem æternis dignatus es renouare mysterijs, a temporalibus culpis dignanter absolue. Per.

Sabbato. Oratio,

COncede, quæsumus omnipotens deus, vt qui festa paschalia venerando egimus, per hæc contingere ad gaudia æterna mereamur

na mereamur. Per dominum nostrum. Secre

¶ Concede, quæsumus domine, semper nos per hæc sancta mysteria paschalia gratulari: vt continua nostræ reparationis operatio, perpetuæ nobis fiat causa læticiæ. Per dominum Post com.

¶ Redēptionis nr̄æ munere vegetati, quæsumus dn̄e, vt per hoc perpetuæ salutis auxilium fides semper vera proficiat. Per dum.

Dominica Octaua paschæ. Oratio.

PRæsta, quæsumus oīpotēs deus, vt, qui paschalia festa peregimus, hæc te largiente moribus & vita teneamus. Per Secre.

¶ Suscipe munera q̄sumus dn̄e, exultātis ecclesiæ & cui causam tanti gaudij præstitisti, ꝑpetuū fructū concede lætitiæ. Per. Post cō.

¶ Quæsumus domine, deus noster. vt sacrosancta mysteria, quæ pro reparationis nostræ munimine cōtulisti, & præsens nobis remedium esse facias, & futurum. Per dominum.

Dominica prima post Octauas paschæ. Oratio.

DEus, qui in filij humilitate iacentem mūdum erexisti, fidelibus tuis perpetuā concede lætitiā, vt quos perpetuæ mortis eripuisti casibus, gaudijs facias sempiternis perfrui. Per Secre

¶ Benedictionem, domine, nobis cōferat salutarē sancta semper oblatio: vt quod agit mysterio, virtute perficiat. Per. Post com.

¶ Præsta nobis omnipotens deus, vt viuificationis tuæ gratiā consequentes. in tuo semper munere gloriemur. Per dn̄m nostrum.

Dominica Secunda. Oratio.

DEus, qui errātibus (vt in viā posint redire iustitiæ) veritatis tuæ lumen ostendis: da cunctis qui Christiana professione censetur & illa respuere, quæ huic inimica sunt nomini, & ea, quæ sunt apta, sectari. Per dominum nostrum. Secre.

¶ His nobis, dn̄e, mysterijs conferatur, quod terrēa desideria mitigantes, discamus amare cælestia. Per dominum. post com.

¶ Sacramenta, quæ sumpsimus quæsumus dn̄e & spiritualibus nos instruāt alimentis, & corporalibus tueantur auxilijs per.

Dominica Tertia. Oratio.

DEus, qui fidelium mentes vnius efficis voluntatis, da populis tuis id amare, quod præcipis, id desiderare, quod promittis vt inter mundanas varietates ibi nostra fixa sint corda, vbi vera sunt gaudia. per dominum. Secre.

¶ Deus, qui nos per huius sacrificij veneranda commercia vnius summæ que diuinitatis participes effecisti, præsta quæsumus, vt sicut tuam cognouimus veritatem, sic eam dignis moribus assequamur. Per dominum nostrum. Post communio.

¶ Adesto nobis, domine Deus noster: vt per hæc, quæ fideliter sūpsimus, & purgemur a vitijs, & a periculis omnibus exuamur. Per dominum nostrum.

Dominica quarta: Oratio.

DEus, a quo bona cuncta procedunt, largire supplicibus tuis vt cogitemus te inspirante, quæ recta sunt, & te gubernante eadem faciamus. Per dominum nostrum. Secre

¶ Suscipe, domine, fidelium præces cum oblationibus hostiarum vt per hæc piæ deuotionis officia, ad cœlestem gloriam transeamus. Per dominum nostrum, Post com-

¶ Tribue nobis, domine, cœlestis mensæ virtute satiatis, & desiderare, quæ recta sunt, & desiderata percipere. Per dominum.

Feria Secunda Oratio

PRæsta, quæsumus omnipotens deus, vt qui in afflictione nostra de tua pietate confidimus, cōtra aduersa omnia tua semper protectione muniamur. Per dominum nostrum, Secrè.

¶ Hæc munera, quæsumus domine, & vincula nostræ prauitatis absoluant, & tuæ nobis misericordiæ dona concilient. Per dominum nostrum. Post commu

¶ Vota nostra, quæsumus domine, pio fauore prosequere, vt dū dona tua in tribulatione percipimus, de consolatione nostra in tuo amore crescamus. Per dominum nostrum Iesum Christum filiū tuum. Qui tecum,

Feria sexta, oratio

DEus, qui conspicis nos tot per turbationibus non posse subsistere, afflictorum gemitus propitius respice: & mala omnia, quæ iuste meremur, auerte. Per dominum. Secre.

¶ His sacrificijs, domine, concede placatus, vt qui proprijs oramus absolui delictis, non grauemur externis. Post commu.

¶ Sacramenti tui domine veneranda perceptio: & mystico nos mundet effectu, & perpetua virtute defendat. Per dominum.

Feria Quarta vigilia Ascensionis domini, Oratio,

PRæsta, quæsumus omnipotēs deus, vt nostræ mentis intentio quo solēnitatis vēturæ gloriosus autor ingressus est semper in tendat, & quo fide pergit, conuersatione perueniat. Per dñm. Secre

¶ Sacrificium dñe, pro tui filij supplices venerabili quam preueni mus, ascensione deferentes, præsta quæsumus, vt & nos per ipsum his commercijs sacro sanctis ad cœlestia consurgamus. Per eundē dominum nostrum Iesum Christum. Post cō.

¶ Tribue, quæsumus domine, vt per hæc sacramenta, quæ sumpsi mus illuc tendat nostræ deuotionis affectus, quo tecum est nostra substantia Iesus Christus dominus noster. Qui.

In die Ascensionis domini. Oratio.

COncede, quæsumus omnipotens deus, vt qui hodierna die vnigenitum tuum ad cœlos ascendisse credimus, ipsi quoque mente in cœlestibus habitemus. Per dominum. Secre.

¶ Suscipe, domine munera, quæ pro filij tui gloriosa ascensione deferimus, & concede propitius, vt præsentibus periculis liberemur, & ad vitam perueniamus æternam. Per dominum. Post cō

¶ Præsta nobis. quæsumus omnipotens & misericors deus, vt quę visibilibus mysterijs sumēda percepimus, inuisibili consequamur effectu. Per dominum nostrum.

Dominica infra octauas Ascensionis. oratio.

OMnipotens sempiterne deus, fac nos tibi semper & deuotam gerere voluntatem, & maiestati tuæ syncero corde seruire. Per dominum nostrum. Secre.

¶ Sacrificia nos, domine, immaculata purificent, & mentibus nostris supernæ gratiæ dent vigorem. Per dominum. Post cō.

¶ Repleti, domine muneribus sacris da (quæsumus) vt in gratiarum semper actione maneamus. Per dominum.

In vigilia Penthecostes. Oratio.

DEus, qui in Abrahæ famuli tui opere humano generi obediētiæ exempla præbuisti, concede nobis, & nostræ voluntatis prauitatem frangere, & tuorum præceptorum rectitudinem in omnibus adimplere. Per dominum nostrum. Oratio.

¶ Deus, qui nobis per prophetarum ora præcepisti temporalia relinquere, atque ad æterna festinare, da famulis tuis, vt quæ a te iussa cognouimus, implere cœlesti inspiratione valeamus. Per dñm.

¶ Deus, qui nos ad celebrandam hanc festiuitatem vtriusque testamenti paginis instruis, da nobis intelligere misericordiam tuã, vt ex perceptione præsentium munerum, firma sit expectatio futurorum. Per dominum. Oratio.
¶ Deus, incõmutabiles virtus & lumen æternũ, respice propitius ad totius ecclesiæ mirabile sacramentũ, & da famulis tuis, vt hoc (quod deuote agimus) etiã rectitudine vitæ teneamus. Per. Oratio.
¶ Concede, quæsumus omnipotens deus. vt qui solennitatem doni spiritussancti colimus, cœlestibus desiderijs accensi fontem vitæ sitiamus Dominum nostrum. Iesum Christum filium tuum. Qui tecum. in vnitate eiusdem. Oratio.
¶ Præsta, quæsumus omnipotens deus vt claritatis tuæ super nos splendor refulgeat, & lux tuæ lucis corda eorum, qui per gratiam tuam renati sunt, sancti spiritus illustratione cõfirmet. Per. Secre.
¶ Munera, quesumus domine, oblata sanctifica, & corda nostra sãcti spiritus illustratione emunda. Per dominum. Post com.
¶ Sancti spiritus, domine, corda nostra mundet infusio, & sui roris intima aspersione fœcundet. Per dominum. In vnitate.

In die Penthecostes. oratio.

DEus, qui hodierna die corda fidelium sancti spiritus illustratione docuisti, da nobis in eodem spiritu recta sapere & de eius semper consolatione gaudere, Per dominum.

Feria Secunda. Oratio.

DEus, qui apostolis tuis sanctum dedisti spiritum, concede plebi tuæ piæ deuotionis affectum. vt, quibus dedisti fidem, largiaris & pacem. Per dominum. Secre.
¶ Propitius, quæsumus domine, hec dona sanctifica, & hostiæ spiritualis oblatione suscepta, nos metipsos tibi perfice munus æternum. Per dominum nostrum. Post commu.
¶ Adesto, quæsumus dñe, populo tuo, & quem mysterijs cœlestibus imbuisti, ab hostium furore defende. Per dominũ nostrum.

Feria Tertia. oratio

ADsit nobis (quæsumus domine) virtus spiritus sancti quæ & corda nostra clementer expurget, et ab omnibus tueatur aduersis. Per dominum. In vnitate eiusdem. Secre.
¶ Purificet nos (quæsumus domine) muneris præsentis oblatio, & digno

dignos sacra participatione efficiat. Per dominum. Post cōt
¶ Mentes nostras (quæsumus dñe) spiritussanctus diuinis reparet sacramentis quia ipse est remissio omnium peccatorum. Per. In vnitate eiusdem. ¶ Feria quarta. Oratio.

MEntes nostras (quæsumus dñe) paracletus (qui a te procedit) illuminet, & inducat in omnem, sicut tuus promisit filius, veritatem, Qui tecum. In vnitate eiusdem. Oratio.

¶ Præsta, quæsumus omnipotēs & misericors deus, vt spiritussanctus adueniens templum nos gloriæ suæ dignanter inhabitando perficiat. Per dominum nostrum. Secre.

¶ Accipe, quæsumus domine, munus oblatum, & dignanter operare, vt, quod mysterijs agimus, pijs effectibus celebremus. Per dominum nostrum. Post cō.

¶ Sumentes, domine, cœlestia sacramenta (quæsumus clemētiam tuam) vt, quod tēporaliter gerimus, æternis gaudijs consequamur Per dominum nostrum Iesum.

¶ Feria Sexta. Oratio.

DA quæsumus, ecclesiæ tuæ misericors deus, vt spū sancto cōgregata, hostili nullatenus incursione turbetur. Per. Secre.

¶ Sacrificia, domine, tuis oblata conspectibus, ignis ille diuinus assumat, qui discipulorum Christi filij tui per spiritum sanctum corda succendit. Per eundem. In vnitate eiusdem. Post cō.

¶ Sumpsimus, domine, sacri dona mysterij humiliter deprecantes vt, quæ in tui commemoratione nos facere præcepisti, in nostræ proficiant infirmitatis auxilium, Qui viuis, & regnas.

Sabbato. Oratio

MEntibus nostris (quæsumus domine) spiritumsanctum benignus infunde, cuius & sapientia conditi sumus, & prouidentia gubernamur. Per In vnitate. Oratio.

¶ Illo nos igne, quæsumus domine, spiritussanctus inflammet, quē dominus noster Iesus Christus misit in terram, & voluit vehemēter accendi, qui tecum viuit. Oratio

¶ Deus, qui ad animarum medelam ieiunijs deuotione castigari corpora præcepisti, concede nobis propitius, & mente & corpore tibi semper esse deuotos. Per dominum. Oratio.

¶ Præsta, quæsumus omnipotens deus, vt salutaribus ieiunijs eru-

diti, ab omnibus etiam vitijs abstinentes, propitiationem tuam facilius impetremus. Per dominum. Oratio.

¶ Præsta, quæsumus omnipotens deus, sic nos ab epulis carnalibus abstinere, vt a vitijs ingruentibus pariter ieiunemus. per dominum nostrum Iesum Christum. Oratio.

¶ Deus, qui tribus pueris mitigasti flāmas ignium, cōcede propiti9 vt nos famulos tuos non exurat flāma vitiorum. per do. Secre.

¶ Vt accepta tibi sint, domine nostra ieiunia, præsta nobis quæsumus, huius munere sacramenti purificatum tibi pectus offerre. per dominum nostrum. Post com

¶ Præbeant nobis, domine, diuinum tua sancta feruorem, quo eorum pariter & actu delectemur, & fructu. per dominum.

In festo sanctæ Trinitatis. oratio.

OMnipotens sempiterne deus, qui dedisti famulis tuis in confessione veræ fidei, æternæ Trinitatis gloriam agnoscere, & in potentia maiestatis adorare vnitatem, quæsumus, vt eiusdem fidei firmitate ab omnibus semper muniamur aduersis. Per Secre.

¶ Sāctifica, quæsumus domine deus, per tui sancti nominis inuocationem huius oblationis hostiam, & per eam nosmetipsos tibi perfice munus æternum. Per dominum post com.

¶ Proficiat nobis ad salutem corporis, & animæ deus noster huius sacramēti susceptio, & sempiternæ sanctæ Trinitatis eiusdemque indiuiduæ vnitatis confessio. Per dominum nostrum Iesum Christum, Qui tecum viuit, & regnat in vnitate.

In festo corporis Christi. Oratio.

DEus, qui nobis sub sacramento mirabili passionis tuæ memoriā reliquisti. Tribue quæsumus, ita nos corporis & sanguinis tui sacra mysteria venerari, vt redemptionis tuæ fructum in nobis iugiter sentiamus, Qui tecum. Secre.

¶ Ecclesiæ tuæ, quæsumus domine, vnitatis & pacis propiti9 dona concede, quæ sub oblatis muneribus mystice designantur. Per dominum nostrum Iesum Christum. Post com.

¶ Fac nos, quæsumus domine, diuinitatis tuæ sempiterna fruitione repleri, quam prætiosi corporis & sanguinis tui temporalis perceptio præfigurat. Qui viuis, &.

Dominica prima post festum Trinitatis. Oratio.

DEus, in te sperantium fortitudo, adesto propitius inuocationibus nostris, & quia sine te nichil potest mortalis infirmitas, præsta auxilium gratiæ tuæ, vt in exequendis mandatis tuis, & voluntate tibi & actione placeamus. Per. Oratio

¶ Hostias nostras, domine, tibi dicatas placatus assume, & ad perpetuum nobis tribue peruenire subsidium. Per. Post com.

¶ Tantis, domine, repletis muneribus præsta, quæsumus, vt & salutis dona capiamus, & a tua nunquam laude cessemus. Per dominum.

Dominica Secunda. Oratio.

SAncti nominis tui, domine timorem, pariter & amorem fac nos habere perpetuum, quia nunquam, tua gubernatione destituis quos in soliditate tuæ dilectionis instituis. Per dominum. Secre

¶ Oblatio nos, domine, tuo nomini dicanda purificet, & de die in diem ad cælestis vitæ transferat actionem. Per. Postcō.

¶ Sumptis muneribus sacris (quæsumus domine) vt cum frequentatione mysterij crescat nostræ salutis effectus. Per dominum.

Dominica Tertia. Oratio.

DEpræcationem nostram, quæsumus domine, begninus exaudi, & quibus supplicandi præstas affectum, tribue defensionis auxilium. Per dominum nostrum, Secre.

¶ Munera, domine, oblata sanctifica, vt tui nobis vnigeniti corpus & sanguis fiant. Per eundem. Post com,

¶ Hæc nos communio, domine, purget a crimine, & cælestis remedij faciat esse consortes. Per. Oratio.

PRotector, in te sperantium deus, sine quo nihil est validū, nichil sanctum, multiplica sup nos mīam tuā, vt te rectore, te duce sic trāseamus p bona temporalia, vt nō amittam9 æterna Per. Secre.

¶ Respice, domine, munera supplicantis ecclesiæ, & saluti credentium perpetua sanctificatione sumenda cōcede. Per. Post comu.

¶ Sancta tua nos, domine, sumpta viuificent, & misericordiæ sempiternæ præparent expiatos Per dominum.

Dominica Quinta. Oratio.

DA nobis (domine quæsumus) vt & mundi cursus pacifice nobis tuo ordine dirigatur, & ecclesia tua tranquilla deuotione lætetur. Per dominum. Secre.

¶ Oblationibus nostris (quęsumus dñe) placare susceptis, & ad te nostras etiã rebelles cõpelle propitius voluntates. Per Postcõ
¶ Mysteria nos, domine sumpta purificent, & tuo munere tueantur. Per dominum nostrum.

Dominica Sexta. Oratio.

DEus, qui diligentibus te bona inuisibilia præparasti, infunde cordibus nostris tui amoris affectum, vt te in omnibus & super omnia diligentes, promissiones tuas, quæ omne desideriũ superant, consequamur. Per dominum nostrum. Secre.
¶ Propitiare, dñe, supplicationibus nostris, & has oblationes famulorũ famularumq; tuarũ begnin⁹ assume, vt qđ singuli obtulerunt ad honorẽ noĩs tui, cunctis proficiat ad salutẽ. Per. Post cõ.
¶ Quos cælesti, dñe dono satiasti, præsta quæsumus, vt a nostris mundemur occultis, & ab hostium liberemur insidijs, Per.

Dominica Septima. Oratio.

DEus virtutum, cuius est totum, quod est optimum, insere pectoribus nostris amorem tui nominis: & præsta nobis religionis augmentum, vt quæ sunt bona nutrias, ac pietatis studio, quæ sunt nutrita, custodias. Per dominum Secre
¶ Propiciare, domine, supplicationibus nostris, & has populi tui oblationes begninus assume, & vt nullius sit irritum votum, nullius vacua postulatio, præsta quæsumus, vt quod fideliter petimus efficaciter consequamur. Per dominum nostrum. Post com
¶ Repleti, domine, muneribus tuis, tribue quæsumus, vt eorum & mundemur effectu, & muniamur auxilio. Per dominum.

Dominica Octaua Oratio.

DEus, cuius prouidentia in sui dispositione non fallitur, te supplicites exoramus, vt noxia cuncta submoueas, & omnia nobis profutura concedas. Per dominum nostrum. Secre.
¶ Deus, qui legalium differentiã hostiarũ, vni⁹ sacrificij perfectione sanxisti, accipe sacrificium a deuotis tibi famulis, & pari benedictione, sicut munera Abel, sanctifica, vt qđ singuli obtulerãt ad maiestatis tuæ honorẽ, cunctis proficiat ad salutẽ Per do. Postcõ.
¶ Tua nos, domine, medicinalis operatio, & a nostris peruersitatibus clementer expẽdiat & ad ea (quæ sunt recta) perducat Per.

Dominica nona. Oratio.

LArgire nobis, quæsumus domine, semper spiritum cogitandi, quæ recta sunt propitius, & agendi, vt qui sine te esse non possumus, secundum te viuere valeamus. Per dominum. Secre.

¶ Suscipe munera, quæsumus dñe, quæ tibi de tua largitate deferimus, vt hæc sacrosancta mysteria gratiæ tuæ operante virtute, præsentis vitæ nos conuersatione sanctificent, & ad gaudia sempiterna perducant. p. Post.

¶ Sit nobis dñe reparatio mentis & corporis cæleste mysterium, vt cuius exequimur actionem, sentiamus effectum. Per dominum.

Dominica Decima. oratio

PAteant aures misericordiæ tuæ precibus supplicantium, & vt petentibus desiderata concedas, fac eos, quæ tibi sunt placita postulare. Per dominum nostrum. Secre.

¶ Concede nobis hæc quæsumus domine, digne frequentare mysteria, quia quoties huius hostiæ commemoratio celebratur, opus nostræ redemptionis exercetur. Per dominum. Post commu.

¶ Tui nobis communio sacramenti, & purificationem conferat, & tribuat vnitatem. Per.

Dominica Vndecima. Oratio.

DEus, qui omnipotentiā tuā parcendo maxime & miserando manifestas, multiplica super nos gratiam tuā, vt ad tua promissa currentes, cælestiū bonorū facias esse consortes. Per. Secre.

¶ Tibi, dñe sacrificia dicata reddantur, quæ sic ad honorem nominis tui deferēda tribuisti, vt eadē remedia fieri nr̃a præstares. p. Post.

¶ Quæsumus dñe deus noster, vt quos diuinis reparare nō desinis sacramentis, tuis non destituas benignus auxiliis. Per dominum.

Dominica Duodecima. oratio

OMnipotens sempiterne deus, qui abundantia pietatis tuæ, & meritum supplicum excedis & vota, effunde super nos misericordiam tuam, vt dimittas, quæ conscientia metuit, & adiicias, quod oratio non præsumit. Per dominum nostrum. Secre.

¶ Respice quæsumus domine, ad nostram propitius seruitutem, vt quod offerimus, sit tibi munus acceptum, & nostræ fragilitatis subsidium. Per dominum. Post com.

¶ Sentiamus domine quæsumus, tui perceptione sacramenti subsidium mentis & corporis, vt in vtroque saluati, cælestis remedii plenitudine gloriemur. Per dominum nostrum.

Dominica Decima tertia. Oratio.

OMnipotens & misericors deus, de cuius munere venit, vt tibi a muneribus tuis digne & laudabiliter seruiatur, tribue nobis, quæsumus, vt ad promissiones tuas sine offensione curramus Per dominum nostrum. Secre.

¶ Hostias, quæsumus domine, propitius intende, quas sacris altaribus exhibemus, vt nobis indulgentiam largiendo, tuo nomini dent honorem. Per dominum. Post cõ.

¶ Viuificet nos (q̃sumus dñe) huius participatio sancta mysterij, & pariter nobis expiationem tribuat, & munimen Per dominum.

Dominica Decima quarta. oratio.

OMnipotens sempiterne deus, da nobis fidei, spei, & charitatis augmentum, & vt mereamur assequi quod promittis, fac nos amare, quod præcipis Per dominum. Secre.

¶ Propitiare, dñe, populo tuo, ꝓpitiare muneribꝰ, vt hac oblatione placatꝰ, & indulgẽtiã nobis tribuas, & postulata cõcedas. p. Post

¶ Sumptis, dñe, cœlestibus sacramẽtis ad redemptionis æternæ (quæsumus) proficiamus augmentum. Per dominum nostrum,

Dominica Decima quinta. Oratio.

CVstodi, dñe quæsumus, ecclesiã tuã, ꝓpitiatione perpetua. & quia sine te labitur humana mortalitas: tuis semper auxilijs & abstrahatur a noxijs, & ad salutaria dirigatur Per. Secré

¶ Concede nobis, dñe, vt hæc hostia salutaris, & nostrorũ fiat purgatio delictorum, & tuæ propitiatio potestatis. Post cõ.

¶ Purificent semper, & muniant tua sacramenta nos deꝰ, & ad perpetuæ ducant saluationis effectum. Per dominum.

Dominica Decima sexta. Oratio.

ECclesiam tuam, domine miseratio continuata mundet, & muniat, & quia sine te non potest salua consistere, tuo semper munere gubernetur. Secre.

¶ Tua nos, domine, sacramenta custodiant, & contra diabolicos tueantur semper incursus. Per dominum. Post.

¶ Mentes nostras & corpora possideat (quæsumus domine) doni cœlestis operatio, vt non noster sensus in nobis, sed iugiter eius perueniat effectus. per dominum,

Dominica Decima septima.

TVa nos (dñe quæsumus) gratia semper præueniat, & se quat, ac bonis operibus iugiter præstet esse intentos. Per. Secre.
¶ Mundanos domine, sacrificij præsentis effectu, & perfice misseratus in nobis, vt eius mereamur esse participes. Per. Post cō.
¶ Purifica, dñe quæsumus, mētes nostras benignus, & renoua cælestibus sacramentis: vt consequenter, & corporum præsens pariter & futurum animarum capiamus auxilium. Per dominum.

Feria quarta in ieiunijs quatuor temporum, oratio.

MIsericordiæ tuæ remedijs (quæsumus domine) fragilitas nostra subsistat, vt quæ sua conditione atteritur, tua clementia reparetur. Per dominum nostrum, Secre.
¶ Præsta quæsumus dñæ, familiæ supplicanti: vt dum a cibis corporalibus se abstinet, a vitijs mente ieiunet. Per dominum. Secre.
¶ Hæc hostia, domine quæsumus, emundet nostra delicta, & ad sacrificium celebrandum (subditorum tibi corpora, mentesq; sanctificet. Per dominum nostrum. Post communionem.
¶ Samētes, domine, dona cælestia suppliciter depræcamur, vt quę sedula seruitute donante gerimus, dignis sensibus tuo munere capiamus. Per dominum.

Feria Sexta.

PRæsta, quæsumus omnipotens deus, & obseruationes sacras annua deuotione recolentes, & corpore tibi placeamus, & mēte Per dominum nostrum. Secre.
¶ Accepta tibi sint, domine quæsumus, nostri dona ieiunij, que & expiando nos tua gratia dignos efficiant, & ad sempiterna promissa perducāt. Per dominum nostrum. Post cō.
¶ Quæsumus omnipotens deus, vt de perceptis muneribus gratias exhibentes, beneficia potiora sumamus. Per dominum.

Sabbato. oratio.

OMnipotens sempiterne deus, qui per continētiam salutarē & corporibus mederis & mentibus, maiestatem tuā supplices exoramus, vt pia ieiunantiū deprecatione placatus, & præsentia nobis subsidia præbeas & futura. Per dominum, oratio.
¶ Da nobis, quæsumus omnipotens deus, vt ieiunādo tua gratia satiemur, & abstinendo cunctis efficiamur hostibus fortiores. Per. dominum nostrum Iesum Christum. Oratio.

¶Tuere dominē, quæsumꝰ, familiā tuā, vt salutis æternæ remedia, q̄ te aspirante requirimꝰ, te largiente consequamur. Per dñm, oratio

¶Præsta, quæsumus domine, sic nos ab epulis abstinere carnalibus, vt a vitiis irruentibus pariter ieiunemus. Per dñm. Oratio.

¶Vt nos, dñe, tribuis solenne tibi deferre ieiunium: sic nobis, quæsumus, indulgentiæ præsta subsidium. per dominum. Secre.

¶Concede, quæsumus omnipotens deus, vt oculis tuæ maiestatis munus oblatum et gratiam nobis deuotionis obtineat, & effectū beatæ perennitatis acquirat. per dominum. post commu.

¶Perficiant in nobis, quæsumus, tua sacramenta, quod continent vt, quæ misericordiæ spe gerimus, rerum veritate capiamus Per

Dominica decima octaua. Oratio.

DA, quæsumus domine, populo tuo diabolica vitare contagia, & te solum dominum puramente sectari. Per Secre

¶Maiestatem tuam, domine, suppliciter deprecamur: vt hæc sancta, quæ gerimus, & a præteritis nos delictis exuant, & futuris Per dominum nostrum. Post cummunio.

¶Sanctificationibus, tuis, omnipotens deus: & vitia nostra curentur, & remedia nobis æterna proueniant. Per dominum nostrum.

Dominica decima. Oratio.

DIrigat corda nostra, quæsumus dñe, tuæ miserationis operatio, quia tibi sine te placere non possumus. Per do. Secre.

¶Deus, qui nos per huius sacrificij veneranda commercia, vnius summæ q̃ diuinitatis participes efficis: præsta (quæsumꝰ) vt sicut tuam cognoscimus veritatem: sic eam dignis mentibus, & moribus assequamur, Per dominum nostrum. Post communio.

¶Gratias referimꝰ, dñe, sacro munere vegetati tuā misericordiā deprecantes, vt dignos nos eius participatione perficias Perdo.

Dominica Vigesima. oratio

OMnipotens & misericor deus, vniuersa nobis aduersantia propitiatus exclude: vt mēte & corpore pariter expediti quæ tua sunt liberis mentibus exequamur. Per dominum. Secre

¶Hæc munera (quæsumus domine) quæ oculis tuæ maiestatis offerimus salutaria nobis esse concede. Per dominum. Post com.

¶Tua nos, dñe, medicinalis operatio, & nostris peruersitatibus clementer expediat, & tuis semper faciat inhærere mādatis. Perdo,

Dominica Vigesima prima Oratio.

LArgire, quæsumus domine, fidelibus tuis indulgentiam placatus & pacem, vt pariter ab omnibus mundentur offensis, & secura tibi mente deseruiant. Per dominum Secre.

¶ Cælestem nobis præbeant hæc mysteria (quæsumus domine) medicinam, & vitia nostri cordis expurgent. Per. Post com.

¶ Vt sacris, dñe, reddamur digni muneribus: fac nos (quæsumus) tuis obedire mandatis. Per dominum nostrum Iesum Christum.

Dominica Vigesima secunda. Oratio.

FAmiliam tuam (quæsumus domine) continua pietate custodi vt a cunctis aduersitatibus te protegente sit libera, & in bonis actibus tuo nomini sit deuota. Per dominum nostrum. Secre.

¶ Suscipe, domine, quæsumus, hostias quibus & placari voluisti, & nobis salutem potenti pietate restitue. Per dominũ Post.

¶ Inmortalitatis alimoniam consequuti, quæsumus domine, vt, quod ore percepimus: mente sectemur. Per dominum nostrum.

Dominica Vigesima tertia. Oratio.

DEus refugium nostrũ & virtus, adesto piis ecclesiæ tuæ precibus autor ipse pietatis, & præsta, vt, quod fideliter petim⁹ efficaciter consequamur. Per dominum nostrum. Secre

¶ Sacris, domine quæsumus, seruitiis fac intentos vt sine vlla tibi offensionis macula famulemur, & quales esse præcipis: ipse nos perfice. Per dominum nostrum. Post cõmunio.

¶ Sumpsimus, domine, sacri dona mysterii, humiliter deprecãtes vt quæ in tui commemoratione nos facere præcepisti, in nostræ proficiãt infirmitatis auxilium. Qui viuis, & regnas

Dominica Vigesima quarta. Oratio

ABsolue, quæsumus domine, tuorum delicta populorum, vt a peccatorum nostrorum nexibus, quæ pro nostra fragilitate contraximus, tua benignitate liberemur. Per. dñm Secre.

¶ Pro nostræ seruitutis augmento sacrificium tibi domine laudis offerimus, vt, quod immeritis contulisti, propitius exequaris. Per. dominum nostrum. Post cõmunionẽ

¶ Sumẽtes, dñe, dona cælestia quæsum⁹, vt nõ nobis prouenire ad iudiciũ patiaris, quod tuis fidelibus ad remediũ prouidisti. Per dñm

Dominica Vigesima quinta. oratio.

EXcita, quæsumus domine, tuorum fidelium volūtates: vt diuinio peris fructum propēsius exequentes: pietatis tuæ remedia maiora percipiant, Per dominum. Secre.

¶ Propitius esto, domine supplicationibus nostris, & populi tui oblationibus precibusque susceptis, omnium nostrorū ad te corda conuerte, vt a terrenis cupiditatibus liberi, ad cælestia desideria transeamus. Per dominum nostrum. Post communio.

¶ Concede nobis (quæsumus domine) vt per hæc sacramenta, quæ sumpsimus, quicquid in nostra mente vitiosum est, tuæ medicationis dono curetur. Per dominum nostrnm

In festo dedicationis Ecclesiæ. Oratio.

DEus, qui nobis per singulos annos huius sancti templi tui cōsecrationibus reparas diem, & sacris semper mysteriis repræsentas incolumes, exaudi preces populi tui, & præsta, vt quisquis hoc templum beneficia petiturus ingreditur: cuncta se impetrasse letetur. Per dominum nostrum Secre,

¶ Annue, quæsumus domine, præcib9 nostris, vt quicunq; intra tēpli huius (cuius aniuersarium dedicationis diē celebramus) ambitum cōtinemur: plena tibi atq; perfecta corporis & animæ deuotione piaceamus: vt dum hæc præsentia vota reddimus, ad æternа præmia te adiuuante venire mereamur, Per dominum. Post.

¶ Deus, qui ecclesiā tuā spōsam vocare dignatus es: vt, quæ haberet gratiā per fidei deuotionē, haberet etiā ex nōie pietatē, da vt oīs hæc plebs nomini tuo seruiēs, hui9 vocabuli cōsortio digna esse mereatur, & ecclesia tua in tēplo (cui9 anniuersari9 dedicationis dies celebrat, tibi collecta) te timeat, te diligat, te sequat, vt dū iugiter per vestigia tua gradit, ad cælestia pmissa te ducēte peruenire mereatur Per dnm nrum Iesum Christum.

In die Consecrationis Ecclesiæ Oratio



DEus, qui inuisibiliter omnia continens, & tamē pro salute generis humani signa tuæ potentiæ visibiliter ostendis templum hoc potētia tuæ inhabitationis illustra, vt omnes, quihuc deprecaturi conueniunt, ex quacunq; tribulatione ad te clamauerint, consolationis tuæ beneficia consequantur. Per dominum. Secre.

¶ Omnipotens sempiterne, Deus, templum hoc nomini tuo dedicatum, coelesti virtute & benedictione sanctifica: & omnibus in te sperantibus auxilij tui munus ostende: vt hic & sacramentorũ virtus, & votorum obtineatur effectus. Per. Post com

¶ quæsumus omnipotens deus, vt, hoc in loco, qui nomini tuo dedicatus est, cunctis petentibus aurẽ tuæ pietatis accõmodes. Per.

¶ ORATIONES SANCTORVM.

In vigilia sancti Andreæ apostoli. Oratio.



Væsumus omnipotens deus, vt beatus Andræas apostolus tuum pro nobis imploret auxilium, vt a nostris reatibus absoluti, a cunctis etiam periculis eruamur. Per. Secre.

¶ Sacrandum tibi, domine, munus offerimus, quo beati Andreæ apostoli tui solennia recolentes, purificationem quoq; nostris mentibus imploremus. Per. Post cõ.

¶ Perceptis, domine, sacramentis suppliciter exoramus, vt intercedente beato Andrea apostolo tuo, quæ pro illius veneranda gerimus passione, nobis proficiant ad medelam. per dominum.

Eodem die sancti Saturnini. Oratio.

DEus, qui nos beati Saturnini martyris tui concedis natalitio perfrui, eius nos tribue meritis adiuuari. Per. Secre

¶ Munera tibi, dñe. dicata sanctifica, & intercedente beato saturnino martyre tuo, per hæc eadẽ nos placatus intende. Per. Post cõ.

¶ Sanctificet nos, quæsumus domine, tui perceptio sacramenti, & intercessione beati Saturnini martyris tui tibi reddat acceptos. Per dominum nostrum.

In die sancti Andreæ apostoli. Oratio.

MAiestatem tuam, domine suppliciter exoramus, vt sicut ecclesiæ tuæ beatus Andreas apostolus tuus extitit prædicator, & rector, ita apud te sit pro nobis perpetuus intercessor. Per dominum nostrum. Secre.

¶ Sacrificium nostrum tibi (domine quæsumus) beati Andreæ prædicatio sancta conciliet, vt in cuius honore solenniter exhibetur, eius meritis efficiatur acceptum. Per. Post cõ.

¶ Sumpsim⁹, domine, diuina mysteria beati Andreæ festiuitate læ

tantes, quæ sicut tuis sanctis ad gloriam ita nobis, quæsumus, ad veniam prodesse perficias. Per dominum.

Chrysanthi, Mauri, & dariæ martyrum Oratio.

SAnctorum martyrū tuorū Chrysanthi, Mauri atq; Dariæ virginis, quæsumus domine, nobis adsit oratio, vt, quos obsequio veneramur, pio iugiter experiamur auxilio. Per dominum,

Sancti Felicis. Oratio.

COncede, quæsumus omnipotens deus, vt ad meliorem vitam exempla sancti tui Felicis nos prouocent, quatenus cuius solennia agimus, & actus imitemus. Per dominum.

In natali sanctæ Barbaræ. Oratio

INtercessio gloriosa, quæsumus domine deus noster, beatæ Barbaræ virginis & martyris tuæ nos ab omni aduersitate protegat, vt per eius interuentum corporis & sāguinis domini nostri Iesu Christi sacramentum ante nr̄æ animæ de corpore exitum, & cū vera fide & pura mente percipere mereamur. Per eundem, Secre.

¶ Suscipe munera, domine, quæ in beatæ Barbaræ martyris tuæ solennitate deferimus, cuius nos confidimus patrocinio liberari Per dominum,

Sancti Nicolai episcopi. Oratio

DEus, qui beatum Nicolaum confessorem tuum atq; pontificem innumeris decorasti miraculis: tribue nobis, quæsumus, vt eius meritis & precibus a gehennæ incendijs liberemur. Per dominum nostrum. Secre.

¶ Sanctifica, quæsumus domine, oblata munera, quæ in veneratione sancti antistitis Nicolai offeruntur, vt per ea vita nostra inter aduersa vbiq; dirigatur & prospera. Per Postcō.

¶ Sacrificia, quæ sumpsimus dn̄e. pro solennitate sancti pontificis tui Nicolai, sempiterna nos protectione confirment. Per dominū,

In consecratione sancti Ambrosii episcopi. Oratio

DEus mundi autor & conditor: qui hodiernæ festiuitatis diē beati Ambrosii sacerdotij electione consecrasti, præsta populo tuo, vt cuius annua celebritate deuotus resultat obsequijs, eius suffragijs tuæ pietatis consequatur auxilium. Per dn̄m. Secre.

¶ Interuentu p̄cis, & obtentu orationis beati Ambrosii sacerdotis & cōfessoris tui, domine, his muneribus tibi oblatis, benedictionē

effunde de cælis quo ex eis sumentes & omnibus careamus culpis: & cælestibus repleamur delitijs. Per. Post commu.

¶ Repleti, domine muneribus tuis, quæ de festiuitate beati sacerdotis & confessoris tui Ambrosij percepimus, tribue quæsumus: vt eorum emundemur effectu: & viuamus auxilio. Per.

In Octaua sancti Andreæ apostoli. Oratio.

PRotegat nos, domine sæpius beati Andreæ apostoli tui repetita solennitas: vt cuius patrocinia sine intermissione recolimus: perpetuam deffensionem sentiamus. Per dominum. Secre.

¶ Indulgentiam nobis præbeant hæc munera, quæsumus domine, largiorem: quæ pro venerabilis Andreæ apostoli tui suffragijs offeruntur. Per dominum nostrum. Post communio

¶ Adiuuet familiam tuam tibi suplicando beatus Andreas apostulus: & pius interuentor efficiatur, qui tui nominis extitit prædicator Qui viuis, & regnas.

In Conceptione beatæ Mariæ virginis. Oratio.

DEus qui beatæ Mariæ virginis conceptionem angelico vaticinio parentibus prædixisti præsta familiæ tuæ: ipsius muniri præsidijs: cuius conceptionem sacrã frequentatione congrua. veneratur, Per dominum nostrum. Secre

¶ Vnigeniti tui, domine nobis sucurrat humanitas, vt quia natus ex virgine, matris integritatem non minuit, sed sacrauit in conceptionis eius solennijs, nostris nos piaculis exuens, oblationem nostram sibi faciat acceptam. Qui tecum. Post com.

¶ Sũpsimus, domine, celebritatis annuæ votiua sacramẽta, præsta quæsumus, vt intercedente beata dei genitrice Maria, & temporalis nobis vitæ remedia præbeant, & æterne. Per dominum.

Eulaliæ virginis. Oratio.

DEus, qui beatæ virginis & martyris tuæ Eulaliæ, animam ad ostendendã innocentiæ viã, in columbę specie videntibꝰ cunctis cælum penetrare fecisti, concede nobis p̃cibus ipsius innocenter viuere, vt ad eadẽ mereamur gaudia peruenire. Per Secre.

¶ Muneribus nostris, domine, te magnificamus oblatis. quæ in sanctæ solennitatibus Eulaliæ virginis & martyris tuæ offerimus, vt & nobis gaudia æterna concilies, & patrocinia sempiterna largiaris Per dominum nostrum. Post communio.

¶ Sumpta sacra mysteria (quæsumus domine deus noster) propitius in nobis conseruare digneris, & intercedente beata Eulalia martyre tua, angelicis turmis ad desideria euehi mereamur, & prouehi, quibus etiam dignatus es in terris positam custodire. Per dominum nostrum.

Sancti Damasi Papæ. Oratio.

DA, quæsumus omnipotens deus: vt beati Damasi confessoris tui atque pontificis veneranda solemnitas: & deuotionem nobis augeat & salutem. Per dominum nostrum. Secre.

¶ Sancti tui nos (dñe quæsumus) vbique lætificent: vt dum eorũ merita recolimus, patrocinia sentiamus. Per dominum. Postcõ

¶ Præsta, quæsumus omnipotens deus, vt de perceptis muneribus gratias exibentes, beneficia potiora sumamus. Per dñm.

Sanctæ Luciæ Oratio.

EXaudi nos deus salutaris noster, vt sicut de beatæ Luciæ virginis & martyris tuæ festiuitate gaudemus: ita piæ deuotionis erudiamur affectu. Per dominum nostrum. Secre.

¶ Accepta tibi sit, domine, sacratæ plebis oblatio pro tuorum honore sanctorum: quorum se meritis percepisse de tribulatione cognoscit auxilium. Per dominum nostrum. Post com.

¶ Saciasti, dñe, familiam tuam muneribus sacris: eius, quæsumus, interuentione nos refoue: cuius solennia celebramus. Per dominum.

Sancti Thomæ Apostoli. Oratio

DA nobis, quæsumus dñe, beati apostoli tui Thomæ solennitatibus gloriari, vt eius semper patrociniis subleuemur, & fidem congrua deuotione sectemur. Per dominum Secre.

¶ Debitum tibi, domine, nostræ reddimus seruitutis suppliciter exorantes: vt suffragiis beati Apostoli tui Thomæ in nobis tua munera tuearis, cuius honoranda confessione, laudis tibi hostias immolamus. Per dominum. Post commu

¶ Conserua, domine, populum tuum, & quem sanctorum tuorũ præsidiis non desinis adiuuare, perpetuis tribue gaudere remediis. Per dominum.

Translatio sancti Isidori. Oratio.

PRotegat nos, quæsumus domine, beati Isidori confessoris tui, atque pontificis intercessio gloriosa, vt cuius sumus illuminati

doctrinis eius semper muniamur auxilijs. Per dominum. Secre.
¶ Sancti tui, quæsumus domine, nos vbique lætificent, vt dum eorũ merita recolimus, patrocinia sentiamus. Per dominum. Post com.
¶ Præsta, quæsumus omnipotens deus, vt de perceptis muneribus gratias exhibentes, intercedente beato Isidoro confessore tuo atque pontifice beneficia potiora sumamus. Per dominum.

De sancto Stephano. Oratio.

DA nobis, quæsumus dñe, imitari, quod colimus, vt discamus & inimicos diligere quia eius natalitia celebramus, qui nouit etiam pro persequutoribus exorare dñm nostrum. &c. Secre.
¶ Suscipe, dñe, munera pro tuorũ cõmemoratione sanctorũ, vt sicut illos passio gloriosos fecit, ita nos deuotio reddat innocuos. p. Postcõ
¶ Auxilientur nobis, domine, sumpta mysteria, & intercedente beato Stephano protomartyre tuo, sempiterna nos protectione confirment. Per dominum nostrum.

Sancti Ioannis euangelistæ. Oratio,

ECclesiam tuam, domine benignus illustra, vt beati Ioannis apostoli tui & euangelistæ illuminata doctrinis, ad dona perueniat sempiterna. Per dominum. Secre.
¶ Suscipe munera, domine, quæ in eius tibi solẽnitate deferimus, cuius nos confidimus patrocinio liberari. Per, Post cõ.
¶ Refecti cibo potuque cœlesti deus noster, te suppliciter deprecamur vt in cuius hæc cõmemoratione percepimus, eius muniamur & precibus. Per.

Sanctorum innocentium. Oratio

DEus, cuius hodierna die præconium innocentes martyres non loquendo, sed moriendo confessi sunt, omnia in nobis vitiorum mala mortifica, vt fidem tuam, quam lingua nostra loquitur, etiam moribus & vita fateatur. Per dominum.

Sancti Syluestri, Oratio.

DA, quæsumus omnipotens deus, vt beati Syluestri confessoris tui, atque pontificis veneranda solemnitas, & deuotionẽ nobis augeat & salutem. Per dominum nostrum.

Sanctæ Columbæ, Oratio.

INdulgentiam nobis, domine, beata Columba virgo & martyr imploret: quæ tibi grata semper extitit, & merito castitatis & tuæ professione virtutis. Per dominum.

DEus, cuius miseratione delinquentes incitantur ad veniam, iuste transferuntur ad palmam, qui infussus in corde Beati Hlairij antistitis (quasi de templo fidei responsa dedisti) concede propitius: vt, qui tuum inclytū confessorē fecisti Cæsarē non timere, intercessione eius ab speciali hoste plebem protegas obsecrantem, vt cuius insolēnitate tripudiat, eius sit fida prece defensa. Per.

Marthæ virginis. Oratio.

EXaudi, domine, populum cum sanctorū tibi patrocinio supplicantem, vt temporalis vitæ nos tribuas pace gaudere, & æternæ sperare subsidium. Per dominum. Secre.

¶ Suscipe, & sanctifica, Adonai deus, hoc munus oblatum, & concede vt ad salutem nostram caro & sanguis fiat filij tui meritis illius quæ illū gratanter hospitio suscepit dn̄m nostrū. Qui. Post cō.

¶ Quæsumus omnipotens deus, vt pijs sacramentis (quæ sumpsimus) & meritis beatæ Marthæ filij tui hospitæ, hic & in futuro viuamus: Per eundem dominum nostrum Iesum.

Sanctorum Fabiani & Sebastiani. Oratio

INfirmitatem nostram, respice omnipotens deus, & quia pōdus propriæ actionis grauat, beati Fabiani martyris tui atq; pontificis intercessio gloriosa nos protegat. Pe. Alia Oratio

¶ Deus, qui beatum Sebastianum martyrem tuum virtute constantiæ in passione roborasti, ex eius nobis imitatione tribue pro amore tuo prospera mundi despicere, & nulla eius aduersa formidare. Per. Sanctæ Agnetis. Oratio.

OMnipotens sempiterne deus, qui infirma mundi eligis, vt fortia quæq; confundas, concede propitius, vt, qui beatæ Agnetis virginis & martyris tuæ solennia colimus, eius apud te patrocinia sentiamus. Per dominum. Secre.

¶ Hostias tibi domine (quas offerimus) propitius respice, & intercedente beata Agnete virgine & martyre tua, vincula peccatorū nostrorum absolue. Per dominum. Post com.

¶ Refecti cibo potuq; cœlesti, deus noster, te suppliciter exoramus, vt in cuius hæc commemoratione percipimus, eius muniamur & præcibus. Per dominum,

Sancti Vincentij. Oratio.

ADesto, domine, supplicationibus nostris: vt, qui ex iniquitate nostra reos nos esse cognoscimus, beati Vincentij martyris tui intercessione liberemur. Per dominum.

Couersio sancti pauli. Oratio.

DEus, qui vniuersum mundum beati Pauli apostoli prædicatione docuisti, da nobis quæsumus, vt qui eius hodie conuersionem colimus, per eius ad te exempla gradiamur. Per.

In festo Purificationis. oratio.

OMnipotens sempiterne deus maiestatem tuam supplices exoramus: vt sicut vnigenitus filius tuus hodierna die cum nostræ carnis substantia in templo est præsentatus, ita nos facias purificatis tibi mentibus præsentari Per dominum

Sanctæ Agathæ. oratio.

DEus, qui inter cætera potentiæ tuæ miracula etiam in sexu fragili victoriam martyrij contulisti, concede propitius: vt, qui beatæ Agathæ martyrijs tuæ natalitia colimus, per eius ad te exempla gradiamur. Per dominum.

Scholasticæ virginis. Oratio.

FAmiliam tuam (quæsumus domine) beatæ virginis tuæ Scholasticæ meritis propitius respice, vt sicut ad obtinendum ipsius precibus, quod cupiuit, imbrem cælitus descendere fecisti, ita eius supplicationibus ariditatem nostri cordis supernæ digneris gratiæ rore perfundere. Per dominum.

Cathedræ sancti Petri. oratio

DEus, qui beato Petro apostolo tuo collatis clauib9 regni cœlestis animas ligandi atq; soluendi Pontificium tradidisti, concede, vt intercessionis eius auxilio, a peccatorum nostrorum nexibus liberemur, Per dominum.

Sancti Mathiæ. Oratio.

DEus, qui beatum Mathiam apostolorum tuorum collegio sociasti, tribue quæsumus, vt eius interuentione tuæ circa nos pietatis semper viscera sentiamus. Per. Secre.

¶ Deus, qui proditoris apostatæ ruinam, ne apostolorum tuorum numerus sacratus perfectione careret, beati Mathiæ apostoli electione suppleuisti, præsentia munera sanctifica, & per ea nos gratiæ tuæ virtute confirma. Per dominum.

Sancti Gregorij, Oratio.

DEus, qui nos beati Gregorij confessoris tui atq; Pontificis an
nua solennitate lætificas, concede propitius, vt cuius opere,
atq; doctrina scripturę tuæ mysteria multa cognouim9, eius apud
te semper patrocinia sentiamus. Per.

Transitus sancti Benedicti. Oratio

OMnipotens sempiterne deus, qui hodierna die carnis eductū
de ergastulo beatissimum confessorem tuum Benedictum
subleuasti ad celum, concede quæsumus, hæc festa tuis famulis ce-
lebrantibus cunctorum veniam peccatorum, vt qui exultantibus
animis eius claritate congaudent, ipso apud te interueniente con-
socientur & meritis. Per dominum.

Annuntiatio sanctę Mariæ. Oratio

DE9, qui de beatæ Mariæ virginis vtero verbum tuum ange
lo nunciante carnem suscipere voluisti, præsta supplicibus
tuis, vt qui vere eam dei genitricem credimus, eius apud te interces
sionibus adiuuemur. Per eundem dominum. Alia Oratio

DEus, qui hodierna die verbum tuum beatæ Mariæ virginis
aluo coadunare voluisti, fac nos hæc sacramenta ita perage
re, vt tibi placere valeamus. Per dominum. Oratio.

Marci Euangelistæ.

DEus, qui nos beati Marci euangelistæ concedis natalitia per
frui, da ecclesiæ tuæ quæsum9, & amare quod credidit, & prę
dicare quod docuit. Per dominum.

In die Apostolorum Philippi, & Iacobi. Oratio.

DEus, qui nos annua Apostolorum tuorum Philippi & Iaco-
bi solennitate lætificas, præsta quæsumus, vt quorum gaude
mus meritis instruamur exemplis. Per dominum.

Inuentionis sanctæ Crucis. Oratio.

DEus, qui in præclara salutiferæ Crucis inuentione, passionis
tuæ miracula suscitasti, concede, vt vitalis ligni præcio, ęter
næ vitæ suffragia consequamur, Qui viuis & regnas.

Ioannis ante portam latinam. Oratio.

DEus, qui conspicis, quia nos vndiq; mala nostra perturbant,
præsta, quæsumus, vt beati Ioannis apostoli tui intercessio
gloriosa nos protegat. Qui.

Michaelis Archangeli. Oratio.

DA nobis omnipotens deus beati Archãgeli tui Michaelis eatenus honore proficere: vt cuius in terris gloriam prædicamus, eius præcibus adiuuemur in celis. Per dominum.

Nerei, & Achilei, & Pancratij. Oratio

SEmper nos, domine, martyrum tuorum Neri, & Achilei atque Pancratij foueat, quæsumus, beata solẽnitas, & tuo dignos reddat obsequio. Per dominum nostrum.

Sancti Medardi confessoris. Oratio

EXaudi, dñe, pces nr̃as & interueniente beato confessore tuo atq; põtifice Medardo, supplicationes nr̃as placat⁹ intẽde per

Primi, & feliciani. Oratio.

FAc nos, dñe, scõrũ primi, & Feliciani festa deuotis mẽtib⁹ celebrare, atq; eorum suffragijs suffulti, ptectionis tuæ dona sentiamus. Per.

Barnabæ Apostoli. Oratio

SAncti Barnabæ apostoli tui nos, quæsumus dñe, solẽnitas tueatur, quia tanto fidecialius tuo nomine supplicamus, quanto frequentius apostolorum confouemur exemplis. Per dominum.

In vigilia sancti Ioannis Baptiste Oratio

PRæsta, quæsumus, omnipotens deus, vt familia tua per viam salutis incedat, & beati Ioannis præcursoris hortamenta sectando ad eum, quem prædixit, secura mẽte perueniat. Per dñm.

In die. Oratio.

DEus, qui præsentem diẽ honorabilẽ nobis in beati Ioãnis natiuitate fecisti, da populis tuis spiritualiũ gratiam gaudiorũ, & omniũ fidelium mentes dirige in viam salutis æternæ. Per dñm.

Ioãnis, & Pauli martyrum. Oratio

QVæsumus omnipotens deus, vt nos geminata lætitia hodiernæ festiuitatis excipiat, quæ de beatorum Ioannis & Pauli glorificatione procedit, quos eadẽ fides & passio vere fecit esse germanos. Per dominum nostrum.

In vigilia apostolorum Petri, & Pauli. Oratio.

DEus, qui apostolorum tuorum Petri, & Pauli nobis gloriosa natalitia præire concedis, tribue quæsumus, eorum nos semper & beneficijs præueniri, & orationibus adiuuari. Per dominũ.

In die. Oratio.

DEus, qui hodiernam diem apostolorum tuorũ Petri & Pauli martyrio consecrasti, da (quæsumus) ecclesiæ tuæ in omnibus sequi præceptum, per quos religionis sumpsit exordium. Per.

Commemoratio sancti Pauli. Oratio

DEus, qui multitudinẽ gentium beati Pauli apostoli tui prædidicatione docuisti, da nobis, vt cius natalitia colimus, eius apud te patrocinia sentiamus. Per dominum.

Eodem die sancti martialis. Oratio

DEus, qui venerabilem beati Martialis confessoris tui atque Pontificis festiuitatem solenniter reuertentem populo tuo dedicasti, concede nobis, vt quod in eius honore deposcimus, eo suffragante consequi mereamur. Per dominum nostrum.

Sanctorum martyrum Processi, & martiniani, Oratio

DEus, qui nos sanctorum tuorum Processi, & Martiniani confessionibus gloriosis circundas & protegis, da nobis & eorũ imitatione proficere. & intercessione gaudere. Per dominum.

Trans latio sancti Martini Oratio

OMnipotẽs & misericors deus, qui inter cætera miracula sancti confessoris tui Martini etiam in die trans lationis sacri corporis illius angelicã reuelationẽ populo tuo demonstrasti p̃sta nobis petentibus, huius patroni suffragantib⁹ meritis: vt ea quæ sunt placita, digno affectu & deuotis mentibus exequamur. Per.

Octaua die apostolorum Petri & Pauli Oratio.

DEus, cuius dextera beatũ Petrũ apostolũ ambulãtẽ in fluctib⁹ ne mergeretur erexit, & co apostolũ eius Paulũ tertio nau fragantẽ de profundo pelagi liberauit, exaudi nos propitius & cõcede, vt amborũ meritis æternitatis gloriã consequamur. per do

Mariæ Magdalenæ. Oratio.

LArgire nobis clementissime pater, quod sicut beata Maria Magdalena dñm nostrum Iesum Christum super omnia diligendo suorum ob tinuit veniã Peccaminum, ita nobis apud misericordiam tuam sempiternam impetret beatitudinem. Per.

Iacobi apostoli. Oratio,

ESto, domine, plebi tuæ sanctificator & custos, vt apostoli tui Iacobi munita præsidijs & conuersatione tibi placeat, & secura mẽnte deseruiat. Per dominum nostrum

Sanctorum martyrum Simplicij, Faustini, & Beatricis. Oratio.

PRæsta, quæsumus dñe, vt sicut populus Christianus martyrũ tuorũ Simplicij, Faustini & beatricis, tẽporali festiuitate cõgaudet, ita pfruatur æterna, & quod votis celebrat, cõprehẽdat effectu Per dñm.

In vincula sancti Petri. Oratio.

DEus, qui beatũ Petrũ apostolum a vinculis absolutũ, illesum abire fecisti, nostrorum, quæsumus, absolue vincula peccatorum, & omnia mala nobis propitiatus auerte. Per dominum.

Stephani, Gamalielis, & Nicodemi. Oratio.

DEus, qui nos annua præclaræ inuentionis sanctorum tuorũ Stephani, Gamalielis, Nicodemi, atq; Abibonis solemnitate lætificas, præsta quęsumus, vt quos in cœlesti gloria sublimatos miraculis in terra decorasti, apud paternam pietatis tuæ clementiam intercessores habere mereamur. Per.

Xysti Papæ. Oratio.

DEus, qui conspicis quia ex nulla nostra virtute subsistimus, concede propitius vt intercessione beati Xysti martyris tui atq; Pontificis contra omnia aduersa muniamur. Per.

In die Transfigurationis dñi nostri Iesu Christi. Oratio

DEus, qui vnigenitum tuum hodierna die mirabiliter trãsformatum cœlitus vtriusque testamenti patribus reuelasti, da nobis quæsumus, beneplacitis tibi actibus ad eius semper contemplandam pertingere gloriam, in quo tuæ paternitati optimæ complacuisse testatus es. Per eundem.

De sancto Laurentio. Oratio.

DA nobis, quæsumus omnipotens deus, vitiorum nostrorum flammas extinguere, qui beato Laurentio martyri tuo tribuisti tormentorum suorum incendia superare. Per.

Tiburtij martyris. Oratio

BEati Tiburtij nos, domine, foueant cõtinua præsidia, quia nõ desinis propitius intueri, quos talibus auxilijs concesseris adiuuari. Per dominum.

In vigilia Assumptionis beatæ Mariæ. Oratio

DEus, qui virginalẽ aulam beatæ Mariæ, in qua habitares eligere dignatus es, da q̃sumus, vt sua nos defẽsione munitos

iucũndos faciat suæ interesse festiuitati, Qui viuis. Secre.
¶ Munera nostra, dñe, apud clementiam dei genitricis commendet oratio, quam idcirco de præsenti sæculo transtulisti, vt pro peccatis nostris apud te fiducialiter intercedat. Per. Post com.
¶ Concede, quæsumus omnipotens deus, fragilitati nostre præsidium, vt qui sanctæ dei genitricis requiem celebramus, intercessionis eius auxilio a nostris iniquitatibus resurgamus. Per eundem.
Indie. Oratio.
VEneranda nobis, dñe, huius dei festiuitas opem conferat salutarem, in quo sancta dei genitrix mortem subijt temporalem, nec tamen mortis nexibus deprimi potuit, quæ filium tuum dominum nostrum, de se genuit incarnatum. Qui. Secre.
¶ Subueniat, dñe, plebi tuæ genitricis oratio, quam & si pro conditione carnis migrasse cognoscimus, in cœlesti gloria pro nobis aperte orare sentiamus. Per eundem. Oratio
¶ Mensæ cœlestis participes effecti imploramus clementiam tuã dñe deus nr̃, vt qui festa sanctæ dei genitris colimus, a cunctis malis imminentibus eius intercessionibus liberemur. Per eundem.
Octaua die sancti Laurentij. Oratio.
BEati Laurentij, quæsumus domine, nos faciat passio veneranda lætantes, & vt eam sufficienter recolamus, dignos efficiat. Per dominum. Secre.
¶ Beati Laurentij martyris tui honorabilem passionem muneribus, dñe, geminatis exequimur: quæ, licet proprijs sit memoranda principijs, indesinenter tamen permaneat gloriosa. Per. Post cõ.
¶ Solẽnis, dñe, nobis intercessio beati Laurentij martyris tui, quæsumus, præstet auxilium, vt cœlestis mensæ participatio, quãsumpsimus, tribuat ecclesiæ tuæ recensitam lætitiam. Per.
Agapiti martyris. Oratio
LAetetur ecclesia tua deus, beati Agapiti martyris tui confisa suffragijs, at que eius precibus gloriosis, & deuota permaneat & secura consistat. Per dominum.
octaua sanctæ Mariæ, Oratio
FAmulorum tuorũ, quæsumus domine delictis ignosce, vt qui tibi placere de actibus nostris non valemus, genitricis filij tui domini nostri intercessione saluemur. Per eundem.

Timothei, & Symphoriani. Oratio



Enedictio tua, domine, impleat corda fideliũ: talesq́; efficiat, qui & martyrũ tuorũ Timothei & Simphoriani passionem honorificent, & remedia salutis æterne eorumdem patrocinantibus meritis assequantur. Per dominum.

Bartholomæi apostoli. Oratio.

OMp̃s sempiterne de9, qui hui9 diei venerãdã sctãmq́; letitiã, in beati apostoli tui Bartholomæi festiuitate tribuisti, da ecclesiæ tuæ q̃s, id amare q͂ credidit, & p̃dicare q͂ docuit. Per dñm

Augustioi Episcopi. Oratio.

ADesto supplicationibus nostris omnipotẽs deus, & quibus fiduciam sperandæ pietatis indulges, intercedente beato Augustino confessore tuo, atq́; Pontifice, consuetæ misericordiæ tribue benignus effectũ. Per dominum.

Herini, atque Iuliani. Oratio.

DEus, qui beatos martyres tuos Herinum, atq́; Iulianum virtute constantiæ in passione roborasti, ex eorum nobis imitatione tribue pro amore tuo prospera mundi despicere, & nulla eius aduersa formidare. Per eundem dominum nostrum.

Decollatio sancti Ioannis Baptiste. Oratio.

SAncti Ioannis Baptistæ, martyris tui, dñe quæsumus, veneranda festiuitas salutaris auxilij nobis præstet effectum. Per.

Fœlicis, & Adaucti. Oratio.

MAiestatem tuam supplices deprecamũr, vt sicut nos iugiter sanctorum tuorum Fœlicis, & Adaucti commemoratione lætificas, ita semper supplicatione defensas. Per.

AEgidij Abbatis. Oratio.

PRætẽde nobis, dñe, misericordiã tuã, & beati AEgidij Abbatis intercessio: cuius nos dedisti patrocinijs adiuuari: tribue, vt maiestatem tuam iugiter exoret pro nobis. Per dominum.

Antonini, Oratio

OMnipotens sempiterne deus, fidelium indeficiens conseruator, qui gloriosi martyris tui Antonini clarificare dignatus es solennitatẽ, exaudi præces supplicantis ecclesiæ tuæ, & præsta, vt, q͂ deuote experit, eo suffragante consequi mereatur. Per dñm.

Natiuitatis sanctæ Mariæ virginis. Oratio.

SVpplicationẽ seruorũ tuorũ, deus miserator exaudi, vt qui in natiuitate dei genitricis Mariæ congregamur, eius intercessionibus a te de instantibus periculis eruamur. Per. Secre.

¶ Vnigeniti tui, domine, nobis sucurrat humanitas, vt, qui natus de virgine matris integritatem nõ minuit, sed sacrauit, in natiuitatis eius solennijs a nostris nos piaculis exuẽs oblationẽ nostram sibi faciat acceptam: Qui tecum. &c. Post comu.

¶ Sũpsimus, dñe, celebritatis annuæ votiua sacramẽta, pѷsta quæsumus, vt temporalis nobis vitæ remedia præbeant, & æternæ. Per.

Hadriani martyris. Oratio.

COncede, quæsumus omnipotens deus, vt sc̃ti Hadriani martyris tui sociorũq; eius veneranda festiuitas salutaris auxi ij præstet augmentum. Per dominum nostrum.

Exaltatio sanctæ Crucis. Oratio.

DEus, qui nos hodierna die exaltationis sanctæ Crucis annua solẽnitate lætificas. pѷsta, q̃s, vt cuius mysteriũ in terra cognouim⁹ eius redeptionis pmia cõsequi mereamur. Per eund. Secre.

¶ Iesu Chr̃i dñi nr̃i corpore & sãguine signati, p quẽ crucis est sanctificatũ vexillũ, q̃s dñe deus nr̃, vt sicut illã adorare meruim⁹, ita perẽnitatis eius gloria salutari potiamur effectu. Per eum. Post cõ.

¶ Quæsumus omnipotens deus, vt quos diuina facis participatione gaudere: humanis non sinas, subiacere periculis. Per.

Sanctorum martyrum Cornelij, & Cypriani. Oratio.

INfirmitatem nostrã, quæsumus dñe, propitius respice, & omnia mala quæ iuste meremur, sanctorum martyrum tuorum Cornelij & Cypiani intercessionibus auerte, Per dominum.

Sancti Nicomedis. Oratio

ADesto, domine populo tuo, vt beati Nicomedis martyris tui merita præclara venerantes, ad impetrandam misericordiam tuam semper eius patrocinijs adiuuemur. per dominũ

In vigilia sancti Mathæi apostoli. Oratio

DA, quæsumus omnipotens deus, vt beati Matthei apostoli tui, & euangelistæ, quam præuenimus; veneranda solennitas, & deuotionen nobis augeat & salutem. Per dominum.

In die. Oratio

BEati Matthæi apostoli tui, & euangelistæ, quæsumus domine precibus adiuuemur: vt quod possibilitas nostra non obtinet eius nobis intercessione donetur. Per dominum. Secre.

¶ Supplicationib⁹ apostoli tui Matthæi & euãgelistę quęsum⁹ dñe tuæ ecclesiæ oblatio accepta reddatur, atq; magnificis eius p̃dicationibus semper erudiatur & deuota permaneat. Per dominum.

Mauricij, Exuperij Innocentij martyrum, Oratio.

DEus, qui es omniũ sanctorũ tuorũ splendor mirabilis, quiq; hunc diẽ in honorẽ beatorũ martyrũ tuorũ Maurĳci, Exuderij, candidi, Victoris, innocencij, & vitalis sociorumq; eorũ martyrio cõsecrasti, da ecclesiæ tuæ de eorũ lætari solẽnitate: vt apud misericordiam tuam exemplis eorum & meritis adiuuemur. Per.

Cosmæ: & Damiani. Oratio.

PRæsta: quæsumus omnipotens deus: vt, qui sctõrum martyrũ tuorum Cosme & Damiani natalitia colimus, a cunctis malis imminentibus: eorum intercessionibus liberemur. Per dominum.

Sancti Michaelis archangeli. Oratio.

DEus, qui miro ordine angelorum ministeria hominumq; dispensas: concede propitius, vt a quibus tibi ministrãtibus in cœlo sẽper assistitur, ab his in terra vita nostra muniatur. Per. Sac

¶ Hostias tibi domine: laudis offerimus, suppliciter deprecantes, vt easdẽ angelico pro nobis interueniente suffragio, & placatus accipias: & ad salutem nostram peruenire concedas. Per. Post cõ.

¶ Beati archãgeli tui Michaelis interuetione suffulti; suppliciter te dñe deprecamur, vt, q ore prosequitur contingamus & mente. Per dominum.

Sancti Hieronymi. Oratio.

SAncti nos, dñe, Hieronymi natalitia votiua letificẽt: & suæ beneficijs intercessionis attollant. Per dominum.

Remigij & Germani & Vedasti. Oratio.

EXaudi dñe populum tuum, & sanctorum confessorum tuorum Remigij: & Germani & Vedasti antistitum solẽnia celebrantes: temporalis vitæ nos tribue pace gaudere: & æternũ reperire subsidium. Per.

Sancti Francisci confessoris Oratio.

DEus qui ecclesiã tuã beati Francisci mœritis fœtu nouæ prolis amplificas, tribue nobis ex eius imitatione terrena dispicere, & cœlestium donorum semper participatione gaudere Per.

Marci papæ. Oratio.

EXaudi, domine, preces nostras, & interueniente beato Marco confessore tuo, atq; Pontifice, supplicationes nostras placatus intende. Per dominum nostrum.

Calixti Papæ. Oratio.

DEus, qui nos cõspicis ex nostra infirmitatę deficere, ad amorem tuum nos misericorditer per sanctorum tuorum exempla restaura. Per dominum nostrum.

Lucæ Euangelistæ. Oratio.

INterueniat pro nobis, domine quæsumus, sanctus Lucas euangelista, qui crucis mortificationem iugiter in suo corpore pro tui nominis amore portauit. Per dominum nostrum. Secre.

¶ Donis cælestibus da nobis, dñe quæsum⁹, libera tibi mẽte seruire, vt munera, quæ defferimus interueniente beato euãgelista tuo Luca & medelam nobis operentur, & gloriam. Per. Post com

¶ Repleti domine, benedictione celesti, suppliciter exoramus: vt quod fragili celebramus officio, beati Lucæ Euangelistæ tui nobis Prodessentiamus auxilio. Per dominum nostrum.

In festo Vndecim millium virginum. Oratio.

QVæsumus omnipotẽs deus, qui nos beatarum virginũ & martyrium annua solennitate lætificas, tupiis precibus nostrorum peccatorum remissionem tribue, quatenus recto tramite ad perpetuam beatitudinẽ mereamur fœliciter preuenire. Per.

In vigilia Apostolorum Simonis & Iudæ, Oratio

COncede, quæsumus omnipotens deus, vt sicut apostolorum tuorum Simonis, & Iudæ gloriosa natalitia præuenimus, sic ad tua beneficia promerenda maiestatem tuã pro nobis ipsi præueniant. Per dominum nostrum.

In die. oratio.

DEus, qui beatos Appostolos tuos Simonem, & Iudam ad agnitionem tui nominis venire tribuisti: da nobis eorum gloriam sempiternam & proficiendo celebrare, & celebrando proficere. Per dominum nostrum. Post com.

¶ Per ceptis, dñe, sacramentis supplices tẽ rogamus, vt intercedẽtibus beatis apostolis tuis Simone & Iuda, quæ pro illorum venerandа gerimus passione nobis proficiant ad medelam. Per.

DOmine deus noster, multiplica super nos gratiam tuam, & quorum præuenimus gloriosa solennia, tribue subsequi in sancta professione lætitiam. Per dominum.

¶ Altare tuũ. dñe, muneribus cumulamus oblatis, da quęsumus vt ad salutem nostram Omnium sanctorum tuorũ deprecationes ꝓficiant, quorum solennia ventura præcurrimus. Per. Post cõ.

¶ Sacramentis, domine, & gaudijs optata celebritate expletis quęsumus, vt eorum precibus adiuuemur, quorum recordationibus exhibentur. Per dominum.

In die. Oratio,

OMnipotens sempiterne deus. qui nos Omnium sanctorum merita sub vna tribuisti celebritate venerari, quæsumus, vt desideratam nobis tuæ propitiationis, abundãtiam, multiplicatis intercessoribus largiraris. Per.

In commemoratione fidelium defuntorum. Oratio.

FIdelium deus omnium cõditor, & redemptor animabus famulorum. famularumq; tuarum remissionem cunctorum tribue peccatorum: vt indulugentiam, quam semper optauerunt, pijs supplicationibus consequantur. Qui viuis & regnas. Secre

¶ Hostias, quæ sumus dñe, quas tibi pro animab⁹ famulorũ, famularũq; tuarũ offerimus, propitiatus intẽde, vt quibus fidei christianæ meritum contulisti, dones & præmium. Per dominũ, Post cõ.

¶ Animab⁹, quæsumus domine famulorum famularumq; tuarũ omniumq; fidelium defunctorum oratio proficiat supplicantium vt eas & a peccatis omnibus exuas, & tuæ redemptionis facias esse partcipes, Qui viuis, & regnas.

Sãcti Theodori martyris. Oratio.

DEus, qui nos beati Theodori martyris tui cõfessione gloriosa circundas, & protegis, præsta nobis eius imitatione proficere, & oratione fulciri. Per dominum.

In festo quatuor Coronatorũm. Oratio

PRæsta, quæsumus omnipotens deus, vt qui gloriosos martyres tuos in sua confessione fortes cognouimus, pios apud te in nostra intercessione sentiamus. Per dominum.

Sancti Martini Episcopi, Oratio.

DEus, qui conspicis, quia ex nulla nostra virtute subsistimus, concede propitius, vt intercessione beati Martini confessoris tui, atq; Pontificis contra omnia aduersa muniamur. Per. Secra, ¶ Da misericors deus, vt hæc nos salutaris oblatio, intercedente beato Martino confessore tuo, atq; Pontifice, & a propijs reatibus indesinenter expediat, & ab omnib9 tueatur aduersis Per. Post. cō. ¶ Presta quesumus dñe deus noster, vt cuius festiuitate votiua sũt sacramenta, eius intercessione nobis salutaria reddantur. Per.

Sancti Britij Episcopi. Oratio.

DA, q̃sumus op̄s deus, vt beati Britij confessoris tui, atq; Pōtificis veneranda solēnitas, & deuotionē nobis augeat, & salutem. Per.

Sanctæ Elisabeth. Oratio,

TVorum corda fidelium, deus miserator illustra, & beatæ Elisabeth præcibus gloriosis fac nos prospera mundi despicere & cœlesti semper consolatione gaudere. Per dominum,

Sanctæ Cæciliæ virginis. Oratio.

DEus, qui nos annua beatæ Cæciliæ virginis & martirys tuæ solennitate lætificas, da vt quam veneramur officio, etiam piæ conuersationis sequamur exemplo Per dominum.

De sancto Clemente. Oratio

DEus, qui nobis annua beati Clementis martyris tui, atq; pontificis solennitate lætificas, concede propitius, vt cuius natalicia colimus, virtutem quoq; passionis imitemur. Per.

Sanctæ Catharinæ virginis. Oratio

DEus, qui dedisti legem Moysi in summitate montis Sinai & eodem loco corpus beatæ Catharinæ virginis & martyris tuæ per sanctos angelos tuos mirabiliter collocasti, concede propitius, vt eius meritis & intercessione ad montem qui Christus est, valeamus peruenire. Per eundem dominum.

De sancta Cruce, Oratio

DEus, qui vnigeniti filij tui domini nostri Iesu Christi precioso sanguine viuificæ Crucis vexillum sanctificare voluisti, concede quæsumus, eos, qui eiusdem sanctę Crucis gaudent honore, tua quoq; vbiq; protectione gaudere, Per dominum nostrum Iesum Christum.

Alia oratio de cruce tempore Resurrectionis.

DEus, qui pro nobis filiũ tuũ crucis patibulũ subire voluisti, vt inimici a nobis expelleres potestatem, concede nobis famulis tuis, vt resurrectionis gratiam consequamur. Per. Secre.

¶ Purifica nos misericors de⁹, vt ecclesię tuæ præces, quæ tibi gratæ sunt, pia munera deferentes fiant expiats mentibus gratiores. Per dominum nostrum. Post communionem.

¶ Largire sensibus nostris omnipotens deus, vt per temporalem filij tui mortem, quã mysteria venerãda testantur, vitã nobis te dedis perpetuam confidamus. Per eundem dñm nostrum.

Beate Mariæ. Oratio.

DEus, qui salutis æternæ beatæ Mariæ virginitate fœcunda humano generi præmia præstitisti, tribue quæsumus, vt ipsam pro nobis intercedere sentiamus, per quam meruimus autorem vitæ suscipere dominum nostrum Iesum Christum filium tum; Qui tecum. &c.

Alia Oratio.

COncede nos famulos tuos, quęsumus dñe deus, perpetua mẽtis & corporis salute gaudere, & gloriosa beatæ Mariæ semper virginis intercessione a præsenti liberari tristitia, & æterna perfrui lætitia. Per dominum. Secre.

¶ Tua, domine, propitiatione, & beatæ Mariæ semper virginis intercessione ad perpetuam atq; præsentem hæc oblatio nobis proficiat prosperitatem & pacem. Per dominum. Postcom.

¶ Sumptis, domine, salutis nostræ subsidijs, da (quæsumus) beatæ Mariæ semper virginis nos patrocinijs vbiq; protegi, in cuius veneratione hæc tuæ obtulimus maiestati. Per dominum.

De omnibus sanctis. Oratio.

COncede, quęsumus omnipotens deus, vt intercessio nos sanctæ dei genitricis semperq; virginis Mariæ, sanctorum q; omnium, cęlestium virtutum, & beatorum patriarcharum, prophetarum, apostolorum, martyrum, confessorum, atq; virginum, & omnium electorum tuorum vbiq; letificet, vt dum eorum merita recolimus, patrocinia sentiamus. Per dominum nostrum.

Alia Oratio de omnibus sanctis.

A Cunctis nos (quæsumus domine) mentis & corporis defende periculis, & intercedente Dei genitrice Maria, & beatis

apostolis tuis Petro, & Paulo atq; Dominico, cum omnibus sanctis salutem nobis tribue benignus & pacem, vt destructis aduersitatibus & erroribus vniuersis, ecclesia tua secura tibi seruiat libertate. Per eundem dominum. Secre.

¶ Munda & munias nos, quæsumus domine, diuini sacramenti munus oblatum, & intercedente beata dei genitrice Maria, & beatis apostolis tuis Petro & Paulo atque beato Dominico, cum omnibus sanctis, a cunctis nos reddat & peruersitatibus expiatos, & aduersitatibus expeditos. Per eundem dominum nostrum.

Pro qua cunque necessitate. Oratio.

INeffabilem misericordiam tuã, domine, nobis clementer ostende, vt simul nos a peccatis omnibus exuas, & a pœnis, quas pro his meremur, eripias. Per dominum nostrum. Post commu.

¶ Præsta, quæsum⁹ dñe, vt æternis affectib⁹ expiati, ad superni plenitudinem sacramẽti, cuius libauimus sancta, tendam⁹. Per dñm.

Pro Papa. Oratio.

DEus, omnium fidelium pastor & rector, famulũ tuũ, N. quem pastorẽ ecclesiæ tuæ præesse voluisti, propitius respice, da ei quæsum⁹, verbo & exẽplo, quib⁹ præest, proficere, vt ad vitã vna cũ grege sibi credito perueniat sempiternam. Per dominum nostrum

Pro tribulatione ecclesiæ. Oratio

ECclesiæ tuæ, dñe, pces placatus admitte, vt destructis aduersitatib⁹ & errorib⁹ vniuersis, secura tibi seruiat libertate, per.

Pro peccatis. Oratio:

EXaudi quæsum⁹ domine, supplicum preces, & confitentium tibi parce peccatis, vt pariter nobis indulgentiam tribuas benignus & pacem. Per dominum nostrum.

Pro prædicatoribus. Oratio

COrda famulorum tuorum, domine, illumina spiritus sancti gratia, & ignitum eis colloquium dona, & quãtum prædicant verbum, largire virtutis augmentum. Per. Secre.

¶ Famulis tuis, domine, verbũ tribue gratiosũ, & munera oblata sanctificãs, corda eorũ in salutari tuo, quæsumus, visita. Per. Postcõ

¶ Conserua, domine, famulos tuos vnigeniti tui corpore & sanguine suscepto, & tuum nuntiantibus verbum largitatem tribue gratiarum. Per dominum nostrum.

DEus, qui charitatis dona per gratiam sancti spiritus tuorum cordibus fidelium infudisti, da famulis & famulabus tuis pro quibus deprecamur tuam clementiam salutem mentis & corporis, vt te tota virtute diligant, & quæ tibi placita sunt tota dilectione perficiant. Per dominum.

Pro pace, oratio.

DEus, a quo sancta desideria, recta consilia, & iusta sunt opera da seruis tuis illam, quã mundus dare non potest, pacem, vt & corda nostra mandatis tuis dedita, & hostium sublata formodine tempora sint tua proptectione tranquilla. Per dominum. Secre

¶ Deus, qui credentees in te populos nullis sinis concuti terroribus dignare præces & hostias dicatæ tibi plebis suscipere, vt pax tua pietate cõcessa, tibi Christianorum fines ab omni hoste faciat esse securos. Per dominum. Post com.

¶ Deus autor pacis & amator, quem nosse est viuere, cui seruire regnare est, protege ab omnibus impugnationibus supplices tuos, vt, qui in deffensione tua cõfidimus, nullius hostilitatis arma timeamus. Per dominum nostrum.

Pro iter agentibus. Oratio.

ADesto, dñe supplicationibus nostris, & viam famulorũ tuorũ in salutis tuæ prosperitate dispone, vt inter omnes viæ & vitæ & huius varietates, tuo semper protegantur auxilio. p. Secre.

¶ Propitiare, dñe, supplicationib9 nrĩs: & has oblationes (quas tibi offerimus pro famulis tuis) benignus assume: vt viã illorũ & pcedente gratia tua dirigas: & subsequente comitare digneris: vt de actu atq; incolumitate eorũ secundũ misericordiæ tuæ præsidia gaudeamus. Per.

Pro infirmis. Oratio.

OMnipotens sempiterne deus: salus æterna credentium exaudi nos pro famulis tuis: pro quibus misericordiæ tuæ imploramus auxilium: vt reddita sibi sanitate gratiarum tibi in ecclesia tua referant actionem. Per. Secre.

¶ Deus: cuius nutibus vitæ nostræ momenta decurrunt: suscipe preces: & hostias famulorum tuorum: pro quibus ægrotantibus misericordiam tuam imploramus: vt de quorum periculo mœtuimus: de eorum salute lætemur. Per dominum.

Ad postuladam Pluuiam. Oratio

DEus, in quo viuimus, mouemur, & sumus, pluuiam nobis tribue congruentem, vt præsentibus subsidijs sufficienter adiuti, sempiterna fiducialius appetamus, Per

Pro Serenitate. Oratio.

AD te domine clamantes exaudi, & aeris nobis serenitatem tribue supplicantibus: vt, qui iuste pro peccatis nostris affligimus, misericordia tua perueniente, clementiam sentiamus. Per.

Pro Prælatis & Congregatione. Oratio.

OMnipotens sempiterne deus, qui facis mirabilia magna solus prætende super famulos tuos & super cunctas congregationes illis cõmissas spiritũ gratię salutaris &, vt in veritate tibi cõplaceant, perpetuum eis rorem tuæ benedictionis infunde. Per.

Pro Rege. Oratio.

QVæsumus omnipotens deus, vt famulus tuus Rex noster qui tua miseratione suscepit regni gubernacula, virtutum etiam omnium a te capiat incrementa, quibus decenter ornatus, vitiorum monstra deuitare, & hostes superare, & a te (qui via, veritas, & vita es (gratiosus valeat peruenire. Per dominum nr̃um.

Pro Tentatis & Tribulatis. Oratio.

DEus, qui iustificas impium, & non vis mortem peccatorum maiestatem tuam suppliciter deprecamur, vt famulos tuos de tua misericordia confidentes, cœlesti protegas benignus auxilio, & asidua protectione conserues, vt tibi iugiter famulentur, & nullis tentationibus a te separentur. Per dominum nostrum Iesum Christum filium, &c.

Ad inuocandum gratiam sancti spiritus. Oratio

DEus, cui omne cor patet, & omnis volũtas loquitur, & quem nulũ latet secretum, purifica per infusionem spiritussancti cogitationes cordis nostri, vt te perfecte diligere & digne laudare mereamur, Per In vnitate eiusdem spiritussancti deus.

Contra tentationem carnis. Oratio

VRe igne spiritus sancti renes nostros & cor nostrum dñe, vt tibi casto corpore seruiamus, & mundo corde placeamus. Per dominun nostrum. In vnitate eiusdem spiritussancti deus.

Orationes pro Defunctis.

Pro Episcopo

Pro Episcopo. Oratio.

DEus, qui inter apostolicos sacerdotes famulum tuum Pontificali fecisti dignitate vigere, præsta quæsumus, vt eorũ quoque perpetuo aggregetur consortio. Per dominum.

Pro Viro defuncto. Oratio.

INclina, domine, aurẽ tuam ad præces nostras, quibus misericordiam tuam supplices deprecamur, vt animam famuli tui, quam de hoc seculo migrare iussisti, in pacis ac lucis regione constituas, & sanctorum tuorum iubeas esse consortem. Per dominum.

Pro Fœmina. Oratio.

QVæsumus, dñe, p tua pietate miserere animæ famulæ tuæ & a contagijs mortalitatis exutã, in æternę saluationis partem restitue. Per dñm. In Anniuersario. Oratio.

DEus indulgentiarum domine, da animabus famulorum famularumq; tuarum, quorum anniuersarium depositionis diem commemoramus, refrigerij sedem quietis beatitudinem, & luminis claritatem. Per dominum.

Pro fratribus familiaribus & benefactoribus. Oratio.

DEus, veniæ largitor & humanæ salutis amator, quæsumus clementiam tuam, vt nostræ congregationis fratres, familiares, & benefactores, qui ex hoc sæculo transierunt, beata Maria semper virgine intercedente cum omnibus sanctis, ad perpetuæ beatitudinis consortium peruenire concedas. Per dominum.

Pro Parentibus. Orattio

DEus, qui nos patrem & matrem honorare præcepisti, miserere clementer animabus parentum nostrorum, eorumq; peccata dimitte, nosq; cum eis in æternæ claritatis gaudio fac viuere. Per dominum nostrum Iesum Christum.

Pro familiaribus. Oratio.

OMnipotens sempiterne deus, cui nunq; sine spe misericordię supplicatur, propitiare animabus famulorum, famularumq; tuarum, vt qui de hac vita in tui nominis confessione decesserunt, sãctorum tuorum numero facias aggregari. Per dominum.

Pro his, qui in cœmiterio requiescunt. Oratio.

DEus, cuius miseratione animæ fidelium requiescunt, famulis, & famulab9 tuis omnibus hic, & vbiq; in Christo quiescẽ

tribue dñe propitius veniam peccatorum: vt a cunctis reatibus absoluti, tecum sine fine lætemur. Per dominum.

Pro viuis & defunctis, Oratio.

OMni potens sempiterne deus, qui viuorũ dominaris, simul & mortuorũ, omniũq; misereris, quos tuos fide & opere futuros esse pnoscis, te suppliciter exoramus, vt pro quibus effundere pces decreuimus, quosq; vel psens adhuc seculũ in carne retinet, vel futurũ iam exutos corpore suscepit, pietatis tuæ clementia, omniũ delictorum suorũ veniã & gaudia consequi mereãtur æterna. Per dñm

Pro viuis & defunctis. Oratio.

PIetate tua, q̃sumus dñe, nostrorũ vincula solue omniũ delictorũ, & intercedẽte beata & gloriosa semperq; virgine dei genitrice Maria cũ omnibus sanctis, nos famulos tuos & oẽm populũ catholicũ, in omni sãctitate custodi, omnesq; cõsanguinitate, ac familiaritate, vel confessione, & oratione nobis iunctos, vitijs omnibus purga, virtutibus illustra, pacem & salutem nobis tribue, hostes visibiles & inuisibiles remoue: amicis & inimicis nostris verã charitatem largire, & omnibus fidelibus viuis ac defunctis vitam & requiem æternam concede. Per eumdem dominum nostrum.

Pro vitanda mortalitate. Oratio.

DEus, qui non mortem, sed penitentiam desideras peccatorũ populum tuum, quæsumus, ad te conuerte propitius: vt dum tibi deuotus existit, iracundiæ tuæ ab eo flagella semper amoueas Per dominum nostrũ Iesum

Orationes domini nostri Iesu Christi Oratio.

IEsu Nazarene, respice tribulationes, quæ circundederunt nos vndiq;, & deprecor te toto corde contrito & humili, ac in spiritu humilitatis, vt exaudias me de tribulatione, propter quã te inuoco & proclamo Alpha & O, Iesu Christe benedicte, pater omnium credentium, atq; omnium creaturarum, & sicut veram carnem de beata virgine Maria suscepisti, ita veraciter accipiamus, quod a te petimus, Qui viuis & regnas,

Pro tribulatione. Oratio.

DEus, qui contritorũ non despicis gemitus, & credẽtium in te non spernis affectum, intercedentibus omnibus sanctis tuis, adesto pcibus nostris, quas tibi p tribulatione nostra effundimus

easq; clementer suscipi tribuas, vt quicquid cōtra nos diabolicæ atq; humanæ moliuntur aduersitatum fraudes, ad nihilum redigantur, & consilio pietatis tuæ allidantur: vt nullis aduersitatibus læsi, sed de omni tribulatione & āgustia erepti, leti in ecclesia tua sancta tibi gratias referamus. Qui viuis & regnas,

Pro Semetipso. Oratio.

OMnipotens sempiterne deus, tuæ gratiæ pietatem supplici deuotione deposco, vt omnium malorum meorum vincula soluas, cunctisq; meis criminibus & peccatis clementer ignoscas. & quia me indignum & peccatorem ad ministerium tuum vocare dignatus es, sic me idoneum ministrum tibi efficias, vt sacrificium de manib9 meis placide ac benigne suscipias, electorumq; sacerdotum me participē facias, & de præceptis tuis in nullis oberrare me permittas. Per dominum nostrum. Secre.

¶ Deus, qui te præcipis peccatoribus exorari, tibiq; sacrificium contriti cordis offerri: hoc sacrificium, quod indignis manibus meis offero (acceptare digneris, & vt ipse tibi esse merear hostia & peccatorum meorum percipiam remissionem. Per. Post cō

¶ Deus, qui viuorum es saluator omnium, qui nō vis mortē peccatorum, nec lætaris in perditione morientium: te suppliciter deprecor: vt per hæc sancta, quæ sumpsi, concedas mihi veniam delictorū meorum: vt admissa defleam, & deflēda postmodum nō admittā: vt, cum mihi extrema dies finisq; vitæ mæ aduenerit, mundatum a delictis omnib9, me angeli sancti tui suscipiant. Per domi

De sancto Emerico. Oratio.

DEus, qui Emericum iuuenili flore nitentem, in sanctorum confessorum tuorum consortium sublimasti, præsta quæsumus, vt quem tibi fecisti esse deuotum, & eius apud te perpetuum sentiamus auxilium. Per dominum nostrum Iesum.

De quinq; Plagis domini nostri Iesu Christi. Oratio.

DOmine Iesu Christe fili dei, viui, qui de cælis ad terram de sinu patris descēdisti, & in ligno crucis quinq; plagas sustinuisti, & sanguinem tuum pretiosum in remissionē peccatorum nostrorum fudisti, te humiliter imploramus, vt in die iuditij ad dexteram tuā audire mereamur: venite benedicti patris mei. Qui viuis, & regnas deus per omnia sæcula sæculorum. Amen.

De tribus Magis. Oratio.

DEus, qui tres Magos Orientales, Gaspar, Melchior, & Balthasar, ad filij tui dñi nostri Iesu Christi cunabula, vt cum mysticis adorarent muneribus, sine impedimẽto duxisti, & reduxisti, concede famulis tuis, vt in hoc itinere (quod peracturi sunt) per ipsorum trium Regum, pias intercessiones & merita pacem & prosperitatem, ac sanitatem: quatenus ipso vero sole, vera stella & vero lumine ducẽte, ad loca optata sine offensione & impedimento peruenire mereantur. Per eumdem dominum nostrum.

De diuisione Apostolorum. Oratio

DEus, qui diuisionem Apostolorũ tuorum hodierna die per mundum fieri tua prouidentia præ ordinasti: vt in vna fidei gratia gentium per orbem vbique dispersa vocaretur ecclesia. da nobis per supplicationem ipsorum veniam promereri peccatorum, quorum vera prædicatione, ad tui sancti nominis perueniamus agnitionem. Per dominum nostrum.

De sancto Stephano Rege & confessore Vngarorũ oratio.

DEus, qui beatum Stephanum Regem & confessorem tuum terreni Imperij gloria & honore coronasti, & sanctorum tuorum societate sublimasti, præsta quæsumus, vt quem Pannonia habuit diuinæ religionis doctorem in terris, eũ modo ecclesia tua mereamur habere defensorem in cælis. Per dominum nostrum.

De sancto Gregorio pro destfunctis. Oratio.

OMnipotens sempiterne deus, qui nos beati Gregorij confessoris tui, atq; Pontificis cõmemoratione lætificas, concede propitius, vt, qui eius præcibus & meritis defuntorum animas supplicis misericorditer liberasti, liberes quoq; eiusdem pijs suffragijs animã famuli tui, N. a tormentis æternis, ereptamq; cælestiũ bonorum facias esse consortem. Per dominum nostrum

Hæc oratio dicatur ante benedictiones sequentes. Oratio.

DEus, qui famulo tuo Moysi in liberatione populi tui de Aegypto, agnum occidere iussisti in similitudinẽ dñi nostri Iesu Christi, & vtrosq; postes domorũ. de sãguine hui⁹ agni perungi pcepisti, ita benedicere & sãtificare dignare hanc creaturã Carnis, quã nos famuli tui ad laudẽ tuã sumere desideram⁹. Per resurrectionẽ dñi nostri Iesu christi. Qui tecũ viuit, & regnat in vnitate.


Ignare, dñe, deus, omnipotēs benedicere & sanctificare has Ouium siue Auiū carnes, vt, quicunq; ex populis tuis fideliter de eis comederint, omni benedictione cū gratia saturari, repleantur bonis. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, &c.

Benedictio Casei, & Ouorum. Oratio.

DEus, creator & conseruator generis humani, dator gratiæ spiritualis, largitor æternæ salutis dñe, effunde benedictionem tuam super hanc creaturam Casei, & Ouorum, vt armati cælesti defensione, quicūq; ex eis gustauerint, sibi proficiant ad æternam salutem. per dominum nostrum Iesum Christum.

Benedictio panis. oratio

DOmine sancte pater ops æterne deus, benedicere digneris hūc panē tua sancta spirituali benedictionē, vt si ōmnibus sumentibus salus mentis & corporis, atq; contra omnes morbos: & vniuersas inimicorum insidias tu tamen. Per dominum nostrū.

Benedictio Loci, vel Domus. oratio.

BEnedic, dñe, deus ōps Locum istū, vel domū istā: vt sit in eo vel in ea sanitas, castitas, victoria, virtus: humilitas: bonitas & mansuetudo: plenitudo legis: & gratiarum actio deo patri: & filio: & spiritui sancto: & hæc beneditio maneat super hunc Locum: vel super hanc Domum & super habitantes in eo vel in ea. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum,

Bene dictio vnicuiq; Rei. oratio.

BEnedic, dñe, creaturā istam. N. vel. N. vt sit remedium salutare generi humano, & præsta per inuocationem tui sancti nominis, vt: quicunq; ex ea sumpserint vel gustauerint, corporis sanitatem, & animæ tutelam percipiant. per dominum. &c.

Benedictio nouorum Fructuum. oratio.

BEnedic: dñe: hunc Fructum nouū arborū: vt: hi qui vtuntur eo sint mente & corpore sanitati restituti. Per dominum.

Benedictio Vuarum, vel Ficorum. oratio.

BEnedic: dñe: hos fruct⁹ nouos Vuarū siue Ficorū, quos tu dñe per rorem cæli & inundātiā pluuiarū, & tēpora serena atq; trā-

quilla ad maturitatem producere dignatus es percipiendos nobis cum gratiarum actione. Per Christum dominum.

Benedictio Ouorum. oratio.

SVbeniat, q̃s dñe, tuæ benedictionis grã huic Ouorum creaturæ de qua pullos gallinarum ꝓcreare dignatus es, vt cib⁹ salubris fiat fidelib⁹ tuis in tuarum grãrũ actione sumentibus. Per Chrm

De orationibus ad Catechumenum faciendum. Oro.

OMnipotens sempiterne deus p̃r dñi nñi Iesuchrĩ, respicere dignare super hunc famulũ tuũ. N. quem ad rudimenta fidei vocare dignatus es, omnem cæcitatem cordis ab eo expelle, dirũpe omnes laqueos Satanæ, quibus fuerat colligatus. Per dominũ.

Alia Oratio.

APeri, ei dñe, ianuã pietatis tuæ, & signo sapientiæ tuæ imbutus, omniũ cupiditatum fœtoribus careat & ad suauẽ odorẽ præceptorum tuorum lætus tibi in ecclesia tua deseruiat, & proficiat de die in diem, vt idoneus efficiatur accedere ad gratiã baptismi tui percepta medicina. Per eumdem dominum. Alia oratio.

PReces nr̃as q̃s dñe, clementer exaudi & in hunc electum tuum crucis dñicæ impressione, quẽ signamus, virtute custodi, vt magnitudinis gloriæ rudimenta seruans, per custodiã mandatorum tuorũ ad regenerationis gloriã preuenire mereãtur. Per dñm Alia

DEus, qui humani generis ita es conditor, vt sis etiam reformator, ꝓpitiare populis adoptiuis, & nouo testamento sobolem nouæ prolis ascribe, vt filij tui ꝓmissionis, quod nõ potuerũt assequi per naturam, gaudeant se recepisse per gratiam. Per eumdem

Benedictio Salis.

EXorcizo te creatura salis in nomine dei patris omnipotẽtis & in charitate dñi nr̃i Iesu Christi, & in virtute spiritu sancti. Exhorcizo te per deum viuũ & per deum verum qui te ad tutelã humani generis procreauit & populo venienti ad credulitatem per seruos suos consecrari præcepit, vt in nomine sanctæ trinitatis efficiaris salutare sacramẽtũ, ad effugandũ inimicum. Ero inde rogamus, te, dñe deus noster, vt hãc creaturam salis sanctificando sanctifices, bene dicendo benedicas, vt fiat omnibus accipientibus perfecta medicina permanens in visceribus eorum, in nomine domini nostri Iesu christi, qui venturus est iudicare viuos & mortuos

& sæculum per ignem. Accipe sal sapientiæ, per quod propitiatus sit tibi deus in vitam æternam. oratio.

DEus patrum nostrorũ, deus vniuersæ conditor veritatis: te supplices exoramus, vt hunc famulum tuum N. respicere digneris propitius, & hoc primum pabulum salis gustantem nõ diutius esurire permittas, quo minus cibo expleatur cœlesti, quatenus sit semper domine spiritu feruens, spe gaudens, tuo semper nomini seruiens, & perduc eum ad nouæ regenerationis lauacrum, vt cum fidelibus tuis promissionum tuarum æterna præmia consequi mereatur. Per dominum.

¶ Deus Abraam, deus Isaac, deus Iacob, Deus qui Moysi famulo tuo in monte Sinai apparuisti deputans eis angelum pietatis tuæ qui custodiret eos die ac nocte, te quæsumus domine, vt mittere digneris sanctum Angelum tuum vt similiter custodiat & hunc famulum tuum N. & perducat eum ad gratiam baptismi tui.

¶ Ergo maledicte diabole recognosce sententiam tuam, & da honorem deo viuo & vero, da honorem Iesu Christo filio eius, & spiritui sancto, vt exeas & recedas ab hoc famulo dei, N. quia istum sibi deus & dominus noster Iesus Christus ad suam sanctam gratiam, & benedictionem, fontemque baptismatis dono vocare dignatus est, & hoc signum sanctæ Crucis (quod nos fronti eius damus) tu maledicte diabole, nunquam audeas violare. Per eumdem.

Super Fœminas.

DEus cœli, deus terræ, deus angelorum, deus archangelorum, deus prophetarum, deus apostolorũ, deus martyrũ, deus cõfessorum, deus virginum, deus omniũ bene viuentium, deus cui omnis lingua confitetur, omne genu flectitur cœlestium, terrestriũ & infernorũ: te inuoco dñe super hanc famulam tuã, N. vt perducere eam digneris ad gratiam baptismi tui. Per dominum.

Super Masculos.

DEus immortale pñdiũ postulantium, liberatio supplicũ, pax rogantium, vita credentium, resurrectio mortuorum: te inuoco dñe super hunc famulum tuum N. qui baptismi tui donum petens, æternam cõsequi gratiam spirituali regeneratione desiderat. Accipe eũ dñe, & quia dignatus es dicere petite & accipietis, quærite & inuenietis, pulsate, & aperietur vobis, petenti præmium porrige

ge, & ianuam pande pulsanti, vt eternam cælestis lauacri benedi-
ctionem consecutus, promissa tui muneris regnat percipiat. Per do
minum nostrum Iesum Christum.

¶ Audi maledicte Satana adiuratus per nomen æterni dei & sal-
uatoris nostri Iesu Christi filij eius, cum tua victus inuidia tremēs
gemensq; discede: nihil tibi sit cōmune cum seruo dei iā cælestia
cogitanti, renuntiaturo tibi ac seculo tuo, & beatæ immortalitati
victuro Da igitur honorem aduenienti spirituisanctę paracleto,
qui ex summa cęli arce descēdes, per turbatis fraudib9 tuis, diuino
fonte purgatum pectus id est sanctificatum deo, tēplū & habitacu
lum perficiat, & ab omnibus penitus noxijs præteritorū criminū
liberatus seruus dei effectus, gratias perenni deo referat semper &
benedicat nomen eius sanctum in sæcula sæculorum. Amen.

Super fœminas.

DEus Abraā, deus, Isaac, deus Iacob, deus qui tribus Israel de
Aegyptia seruitute liberasti, & per moysem famulū tuū de
custodia mandatorum tuorū in deserto monuisti Susannā de fal-
so crimine liberasti, te supplex dn̄e deprecor, vt liberes & hanc fa-
mulā tuam. N. & per ducere eā digneris ad gratiam baptismi tui.

De Masculis.

EXorcizo te immūde spūs, in nomine patris, & filij & spirit9
sancti: vt exeas & recedas ab hoc famulo dei. N. ipse enim tibi
impera maledicte damnate, qui pedibus suis supra mare ambu-
lauit, & petro mergenti dexteram porrexit.

Super Fœminas.

EXorcizo te immūde spūs per patrē, & filiū & spiritū sanctū
vt exeas & recedas ab hac Famula dei. N. ipse enim tibi im-
perat maledicte damnate, qui cæco nato oculos aperuit, & quatri-
duanum Lazarum de monumento suscitauit. Oratio.

AEternā ac iustissimā pietatē tuā deprecor dn̄e sancte pater
omnipotens æterne deus luminis & veritatis super hūc fa-
mulū tuum. N. vt digneris eum illuminare lumine intelligentiæ
tuæ munda eum, & sanctifica, & da ei scientiam veram: vt dignus
efficiatur accedere ad gratiā baptismi tui: teneat firmam spem, cō
silium rectum doctrinam sanctam, vt aptus sit ad percepiendam
gratiam baptismi tui. Per Christum dominū nostrum.

NEc te latet Sathana imminere tibi pœnas, imminere tibi tormenta, imminere tibi diē iudicij, diem supplicij sempiterni, diem qui venturus est velut clibanus ardens, in quo tibi atque vniuersis angelis tuis æternus veniet interitus. Proinde dānate atque damnāde, da honorem deo viuo & vero, da honorē Iesu christo filio eius & spiritui sancto, in cuius nomine, atq; virtute pcipio tibi quicūq; es spirius immūde: vt exeas & recedas ab hoc famulo dei, quē ho die deus, & dn̄s noster Iesus Christus ad suā sanctā gratiam & benedictionē fonteq; baptismatis dono vocare dignatus est, vt fiat ei9 tēplū per aquā regenrationis, in remissionē omniū peccatorū, in noīe eiusdē dn̄i nostri Iesu chri qui vētur9 est iudicare viuos & mortuos & sęculū p ignē. effecta, q est aperire. In odorē suauitatis Tu autem effugare diabole, appropinquabit enim iudicium dei.

Ad benedictionem aquæ. Oratio.

OMnipotēs sempiterne Deus, adesto magnæ pietatis tuę mysterijs, adesto sacramentis & ad recreandos nouos populos quos tibi fons baptismatis parturit, spiritū adoptionis emitte, vt quod nostræ humilitatis gerendum est mysterio: tuæ virtutis impleatur effectu. per dominum nostrum Iesum Christum.

Præfatio ad benedicendum aquam baptismatis.

QVi inuisibili potentia sacramentorū tuorū mirabiliter operaris effectum, & licet nos tantis mysterijs exequendis simus indigni, tu tamen gratiæ tuæ dona non deserens, etiam ad nostras preces aures tuæ pietatis inclinas. Deus cuius spiritus super aquas inter ipsa mundi primor dia ferebatur, vt iam tunc virtutē sanctificationis aquarum natura conciperet. Deus qui nocentis mundi crimina per aquas abluens, regenerationis speciem in ipsa diluuij effusione signasti, vt vnius eiusdēq; elementi mysterio, & finis esset vitijs, & origo virtutib9. Respice dn̄e in faciē ecclesię tuæ & multiplica in ea regenerationes tuas, qui grǣ tuæ affluētis impetu lætificas ciuitatē tuā, fōtēq; baptismatis aperis toto orbe terrarū gentibus innouandis: vt tuæ maiestatis imperio sumat vnigeniti tui gratiā de spū sancto. Qui hanc aquā regenerandis hoībus præparatā, arcana sui luminis ad mixtione fœcūdet, vt sanctificatione cōcepta, ab immaculato diuini fontis vtero in nouā renatā creaturā pgenies cælestis emergat. Et quos aut sexus in corpore

... diuernitis in tempore, oẽs in vnã pariat mř infantiã. Procul ergo hic, iubẽte te dñe, oĩs spũs immũdꝰ abscedat, ꝓcul tota nequitia diabolicæ fraudis absistat, Nihil hic loci habeat cõtrariæ virtutis ad mixtio, nõ insidiãdo circumuolet, nõ latẽdo surrepat, nõ inficiẽdo corrũpat. Sit hæc sancta, innocẽs creatura libera ab omni impugnatoris incursu, & totiꝰ nequitiæ purgata discessu sit fons viuus aqua regenerãs, vnda purificãs, vt oẽs hoc lauacro salutifero diluẽdi (operãte in eis spũ sctõ) ꝑfectæ purgationis indulgentiam cõsequãtur. Vnde bñdico te creatura aquæ per deũ viuũ, per deũ sanctũ, per deũ qui te in principio verbo se parauit ab arida, cuius spũ super te ferebatur in mundi creatione. Qui te de paradiso manare fecit, & in quatuor fluminibꝰ totã terrã rigare p̃cepit. Qui te in deserto amarã (suauitate indita) fecit esse potabilẽ, & sitienti populo de petra ꝓduxit, vnde benedico te per Iesum Chrm̃ filiũ eius vnicum dñm nostrum, qui te in Chana Galilex signo ad mirabili sua potentia cõuertit in vinum. Qui pedibus super tẽ ambulauit, & Ioannes In ordane in te baptizatus est. Qui te vna cum sanguine de latere suo produxit, & discipulis suis iussit, vt credentes baptizarentur in te dicens. Ite: & docete omnes gẽtes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritussancti. oratio

¶ Hæc nobis p̃cepta seruantibus tu deus, omnipotens clemẽs adesto: tu begninus aspira: tu has simplices aquas tuo ore benedicito: vt præter naturalẽ, emũdationem quã lauandis possint adhibere corporibus, sint etiã purificandis tibi mentibus efficaces. oratio

¶ Descendat in hãc plenitudinẽ fontis virtus spiritussancti, totãq; eius substantiam regenerandi fœcundet effectu, hic omniũ peccatorum maculæ deleantur. hic natura ad imaginẽ tuã cõdita, & ad honorem sui reformata principij, cunctis vetustatis squaloribus emundetur, vt omnis homo hoc sacramentum regenerationis ingressus, in veræ innotientiæ nouam infantiã renascatur. Per dñm

¶ Sanctificetur & fœcundetur fons iste renascentibus ex eo in vitam æternam. In nomine patris & filij & spiritussancti Amen.

¶ Abrenuntias Satanæ, & omnibus operibus eius? Abrenuntio. Et ego te linio oleo salutis in Christo Iesu dñõ nostro, vt habeas vitam æternam, & viuas in sæcula sæculorum. Amen.

¶ Deus, oĩps pater dñi nři Iesu Christi, qui te regenerauit ex aqua

& spiritu sancto, quiq; dedit tibi remissionem omnium peccatorũ ipse te liniat in vitam æternam. Amen

¶ Accipe vestem sanctam, candidam & immaculatam, quam perferas ante tribunal domini nostri Iesu Christi, vt habeas vitam æternam & viuas in sæcula sæculorum. Amen

¶ Accipe lãpadẽ ardentẽ irrephensibilẽ, & custodi baptismũ tuũ, vt cum venerit dñs ad nuptias cũ omnib⁹ sãctis possis ei ocurrere in aula cœlesti, vt habeas vitã eternã, & viuas in scła seculorũ amẽ.

¶ Dominica in ramis palmarũ. ¶ Benedictiones super Ramos.

DEus, cuius filius pro salute generis humani de cœlo descendit ad terras, & appropinquante hora passionis suæ hierosolymam in asina venire, & a turba rex appellari, ac laudari voluit, benedicere dignare hos palmarum cæterarumq; frondium ramos, vt omnes qui eos laturi sunt in manus suas, tuis ita benedictionibus repleantur, quatenus & in hoc sæculo hostis antiqui tentamenta superare, & in futuro cum palmis victoriæ, & fructu bonorum operum, tibi valeant apparere. Alia oratio.

¶ Omnipotẽs sempiterne de⁹, qui Noe famulo tuo ostendisti diluuij effusionẽ, & per os colũbæ gestãtis ramũ oliuæ pacẽ terræ redditã renũtiare voluisti te supplices depcamur, vt hãc creaturã oliuarũ siue cæterarum frondium, quã ante conspectũ gloriæ tuæ offerimus, potentia tua sãctifices, vt eas deuotus populus in manibus suscipiens, benedictionis tuæ gratiam cõsequi mereatur. Alia, orõ

¶ Petimus dñe sancte pr̃ ops æterne deus, vt respicere digneris super hãc creaturam oliuæ & palmæ, ceterarũq; frondiũ quã in ligni materia perducere iussisti, cũ colũba rediens arcã proprio protulit ore, benedicere & sanctificare digneris hos ramos, vt quicunq; ex eis acceperint, sint ad perfectionem animæ & corporis & fiant nostræ salutis remedium, & tuæ gratiæ sacramentum. Alia oratio

¶ Oṗs sempiterne deus, qui dispersa congrgeas, & congregata cõseruas qui populis hominũ & ramos portãtibus benedixisti, benedic hos ramos palmæ & oliuæ, ceterarũq; frondiũ, quos filij tui ad honorẽ nominis tui suscipiunt, vt quocunq; loco introducti fuerint tuæ benedictionis consequantur effectum, vt omni aduersa valitudine effugata, dextera tua protegat, quos redemit. Per dominum.

¶ FINIS.

❡SEQVVNTVR DECEM PRAECEPTA DECALOGI.

In tabulis binis lex est depicta petrinis.

VNum cole deum. Ne iures vana per illum.
Sabbata sanctifices. Charos venerare parentes.
Noli mœchari. Noli de cæde notari.
Furta caue fieri, Non sis testis nisi veri.
Non cupias nuptas, Nec queras res alienas.

De septem articulis Diuinitatis.

Articulus primus monstrat, q̄ sit deus vnus,
In patremq́ʒ sequens dicit, q̄ credere debes,
Tertius in natum te cogit credere Christum;
Quartus te cogit in sanctum credere Christum.
Quartus te cogit in sanctum credere pneuma.
Credas in quinto deitati cuncta creasse.
Sextus ait crede, dominus peccata remittet,
Omnes surgemus, septenus dicit aperte,

De septem articulis Humanitatis.

Conceptus, natus, passus, descendit ad ima.
Surgit, & ascendit, veniet discernere cuncta.

De septem sacramentis Ecclesiæ.

Abluo, firmo, cibo, piget, vxor, ordinat, vngit.

De septem operibus misericordiæ spiritualibus

Consule, carpe, doce, solare, remitte, fer, ora.

De septem operibus misericordiæ corporalibus

Visito, poto, cibo, redimo, tego, colligo, condo.

De septem peccatis mortalibus.

Laudis amore tumens, miseraq́ʒ cupidine auarus.
Inuidus, iracundus, iners, gulosus, amator.

De tribus virtutibus Theologicis.

Christicolæ virtus amor est tibi, spesq́ʒ, fidesq́ʒ.

De quatuor virtutibus Cardinalibus.

Est iustus, fortis, est prudens, atq́ʒ modestus,

De quinq́ʒ sensibus Corporeis.

Visus, odoratus, cum gustu tactus, & auris.

❡Laus omnipotenti Deo.

trar
sa, ni corra
sse por diez y

fueron tan grandes las hazañas de aquel an
tiguo rey alegandro magno q dura hasta
agora aun en la mas secreta parte del
mundo la memoria dellas
Algunos oli[illegible] [illegible] pasados
Vencio muy grandes y numerosos egercitos
reduxo a su mando y jurisdicion mu
chas naciones de gentes sujeto con su poder
grande del mundo finalmente vencio a
gran rey llamado darias y hizo otras mu
chas cosas sobre las quales en las istorias
abundantisima materia

fuerunt magna facinora illius antiquum re
gem

fuerunt magna facinora illius antiqui
regis alecsanderi magnus que durat usque
aduc quambis in arcana parte mundi mem
oriam illorum

patres muy muy

PVBLICACION.

EN La Villa de Madrid a doze dias del mes de Março de mil y seiscientos y quarenta y tres años, ante mi Francisco de Arrieta, Secretario del Rey nuestro señor, y su Escriuano de Camara mas antiguo de su Consejo Real de Castilla, delante del Palacio y Casa Real de su Magestad, y en la puerta de Guadalaxara, donde està el trato, y comercio de los mercaderes y oficiales, estando presentes el Licenciado Dõ Iuan de Quiñones, y el Doctor Don Pedro de Amezqueta y el Licenciado Don Diego de Ribera Vañez, Alcaldes de la Casa, y Corte de su Magestad, se publicò la ley y prematica de su Magestad desta otra parte contenida, en que se manda, que la moneda de vellon antigua, que se resellò en Valladolid el año passado de de mil y seiscientos y dos, y despues el de mil y seiscientos y treinta y seis, creciendola al valor de doze, y seis marauedis, que con la baxa quedò reduzido al valor de dos, y vn marauedi, corra, y valga por ocho marauedis la que corria por dos, y la de vn marauedi por el valor de quatro, y que el real de a ocho que se auia mandado corriesse por diez reales, no valga, ni corra por mas de ocho reales, y el escudo que se auia manda-
[illegible] sse por diez y ocho real[illegible] corra por mas [illegible]

